Gab 9 0.2

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ

ΠΩΣ ΔΕΙ

ΙΣΤΟΡΙΑΝ ΣΥΓΓΡΑΦΕΙΝ.

LUCIANI SAMOSATENSIS

QUOMODO

HISTORIA CONSCRIBENDA SIT.

EDIDIT AC NOTIS ILLUSTRAVIT

FRANCISCUS RIOLLAY A. M.

In primis arduum videtur res gestas scribere. Sall.

OXONII,

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.

Impensis J. & J. Fletcher Bibliop. Oxon.

M. DCC. LXXVI.

25

MVSEVM
BRITAN
NICVM

VIRO REVERENDO

THOMÆ WINSTANLEY A.M.

VARIA ERUDITIONE,

SINGULARI MODESTIA,

SUAVITATE MORUM,

ANIMI CANDORE ADMODUM SPECTABILI:

IN TESTIMONIUM OBSERVANTIÆ,

IN PIGNUS AMICITIÆ,

HIC LIBELLUS INSCRIBITUR.

VIRO REVERENDO

THOMÆ WINSTANLEY A.M.

MIRA ERUDITIONE,

ANGELICI MODESTIA,

ARTIBUS OMNIBUS SPECTABILI:

HUNC LIBELLUM INSCRIBIT

PRÆFATIO.

MAGNAM mihi frequentiam egregiorum præceptorum, quæ nobis de variis eloquentiæ poëſiſque ſpeciebus Antiqui reliquerunt, conſideranti, mirum prorſus videtur quod tam pauca de ratione condendæ hiſtoriæ reperienda ſint. Ariſtoteles, princeps iſte litterarum, qui obſervationum accuratione gravitateque præſcriptorum, legiſlator bonarum artium vocari meritus eſt, nihil quod ad eam rem ſpeciatim attineat memoriæ prodidit. non equidem me latet quod hiſtoricus nonnulla ſibi utilia in Ciceronis libro *de oratore*, et in libello Dionyſii Halicarnaſſenſis, quem inſcripſit *judicium de Thucydide*, carpere poſſit: ſed illa, aliaque ſimilia paſſim in aliis operibus diffuſa, nimium ſunt indefinita generaliaque,

quam ut mentem in re tam ardua, tot et tantis circumdata difficultatibus, dirigere queant. unus omnium Lucianus hiſtoricum fingere molitus eſt. ejus liber eſt tabella quæ ſimul et diſtincte vias exhibet quas ſequi, quas vitare neceſſe eſt; et illum duabus de cauſis attente legendum exiſtimo, ob magnitudinem materiæ, et rationem qua ea diſputatur. alteram afferre poſſem quæ multorum judicio non minus forſan ponderis haberet, hunc ſcilicet libellum ab antiquo ſcriptum eſſe, nullumque alium, ut jam dixi, hac de re ab antiquis eſſe compoſitum. quod ad magnitudinem rei attinet, manifeſtum eſt ſi quid utilitatis inſit in hiſtoria, eam artem quoque perutilem eſſe, quæ hiſtoriam pulchre contexere docet; et in lectorem graviter peccare crederem, ſi huic veritati probandæ diutius immorarer: ſcio equidem nonnullos eſſe ſcriptores qui rebus narrandis non multum vel artis, vel diffi-

cultatis ineſſe exiſtiment; ſed cum illorum errorem depellere agreſſus ſit Lucianus, illos ad eum remittam. paucis tantum oſtendam verbis quæ fuerit authori noſtro cauſa hunc libellum ſcribendi, quamque ſecutus ſit methodum.

Poſtquam Romani, annum Domini circiter CLXIV, bellum quod tribus ab annis contra Parthos gererent, illuſtribus victoriis confecere, turba Græcorum ſcriptorum, quorum libros delevit tempus, illius expeditionis hiſtoriæ manus ſtatim adhibebant. Lucianus indigne ferens illorum opera, quod adulationem et auri famem admodum olerent, ſimul eſſent mendaciorum et ignorantiæ referta, ut uno ictu vilem iſtum miſerabilium ſcriptorum gregem humi ſterneret, normam inſtituit quam ſequi debet ille qui rerum geſtarum narratione poſteritatem erudire ſtudet. dividit opus in duas partes; in prima quarum irridet illos qui legum hiſtoriæ neſcii, quid di-

cendum, quid tacendum, quod dicendi genus ſit proprium, quam methodum obſervare deceat prorſus ignorantes, ad eam condendam audaciter accedant. in ſecunda vero differit de naturæ donis et moralibus virtutibus ei neceſſariis, qui artis hiſtoricæ ſtudio animum intendere cupiat. illius artis exponit principia, quarum rerum peritiam requirat, et quo modo ea ſit utendum. ſtilus hujus libelli admodum acutus eſt, ingenioſus, ſatyricus; joco, lepore, facetiis, uno verbo Attico ſale redundans. qua feſtivitate ignaviam et ſtultitiam hiſtoricorum ſui temporis perſtringit! ut illorum ore ridiculum et ruborem ſuffundit! nimium mirari nemo poteſt quod in opere ad docendum ſtructo, animum ſemper recreet delectetque per metaphoras concinne uſurpatas, et aptitudinem comparationum.

Cum parvulus hic liber ſpeciatim ad uſum adoleſcentium nunc primum ſe-

paratim prodeat in lucem, in rem esse credidi omnia, ad geographiam, vel historiam vel criticen pertinentia, fuse paulum explicare, ne tirones sæpius sistere cogerentur. versionem latinam ex editione clari Reitzii deprompsi, illam tantum in notis clariorem efficere conatus, quotiescunque ea obscura mihi visa est. usus sum annotationibus virorum doctorum, quorum nomina, signaque nominum hic extant, et meas etiam adjeci, quando id utile sum arbitratus.

Explicatio litterarum in notis occurrentium.

G. C.	Gilbertus Cognatus
J. G. G.	Joannes Georgius Grævius
J. M. G.	Joannes Matthias Geſnerus
J. F. R.	Joannes Fredericus Reitzius
M. du S.	Moſes du Soul, *ſive* Solanus
P.	Palmerius
T. F.	Tanaquillus Faber
A. V.	Adolphus Vorſtius
J. G.	Jacobus Gronovius
J. J.	Joannes Jenſius
L. B.	Lambertus Boſius.

ERRATA.

pag.	5.	*lin.*	5.	magnus,	*lege* magnum.
	7.		13.	hanc,	— hæc.
	11.		21.	hoc eſt,	— hoc eſſe.
	13.		5.	ills,	— illis.
	71.		11.	perdiccum,	— perdiccam.
	71.		15.	polydamonte,	— polydamante.
	79.		20.	adſcribitur,	— adſcribetur.
	121.		17.	ut et,	— et ut.
	179.		1.	non lacteo,	— non jam lacteo.
	180.		10.	τηϛ ψλϛϛ,	— τηϛ ψλϛϛ.
	187.		17.	fecaces,	— feraces.
	198.		8.	ανορμιξειν,	— ανορμιζειν.
	207.		1.	lelictis,	— relictis.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ

ΠΩΣ ΔΕΙ ΙΣΤΟΡΙΑΝ ΣΥΓΓΡΑΦΕΙΝ.

ΑΒΔΗΡΙΤΑΙΣ, φασὶ, Λυσιμάχῳ ἤδη βασιλευόντος, ἐμπεσεῖν τι νόσημα, ὦ χαλε Φίλων, τοιοῦτο· πυρέτιον μὲν γὰρ τὰ σώματα παιδικοὶ ἅπαντα, ἀπὸ τῆς σφοδρότητος εὐθὺς ἐρρωμένως, καὶ λιποταξεῖ τῷ πυρετῷ· ἕλκει δὲ τὴν ἑβδόμην τοῖς μὲν αἷμα πολὺ ὀξὺ ῥινῶν ῥυὲν, τοῖς δὲ ἱδρὼς ἐπιπολάζων· πολὺς δὲ οὗτος ἔλυσε τὸν πυρετόν. ἐς γέλωτα δέ τι πάθος ἔβαψε τοὺς γνώμας αὐτῶν· ἅπαντες γὰρ ἐς τραγῳδίαν παρεκινήθησαν, καὶ ἰαμβεῖα ἐφθέγγοντο, καὶ μέγα ἐβόων, μάλιστα δὲ τὴν Εὐριπίδου

Lin. 1. Ἀβδηρίταις.] Initium artificioſiſſimum quo mira ingenii dexteritas Luciani patet ob comparationes. J. M. G.

Ibid. Ἀβδηρίταις.] Abdera fuit urbs Thraciæ maritima, a Teïis, juxta Herodotum Strabonemque, condita; Teos autem patria Anacreontis lyrici poëtæ: Cujus ætate Teïi, urbe relicta, quod Perſarum Contumelias longius tolerare non poſſent, Abderam migraverunt. eam Græci vocabant *pulchram*, Ἄβδηρα καλὰ; permulti putant eandem eſſe quæ hodie *Aſperoſa* in Romania, Europæ Turcomaniæ provincia.

Ibid. Λυσιμάχῳ.] Lyſimachus, dux et poſtea ſucceſſor Alexandri magni, poſt mortem illius gentium domitoris cum aliis ſucceſſoribus bellum geſſit fortiter. magna Thraciæ parte

LUCIANI SAMOSATENSIS

QUOMODO HISTORIA CONSCRIBENDA SIT.

ABDERITAS dicitur, Lysimacho jam regnante, morbus invasisse, mi jucundissime Philo talis. febricitasse enim primum tota urbe omnes, a primo statim *die* valide, et febri continua: Circa diem vero septimum, aliis sanguis Copiosus naribus fluens, aliis sudor superveniens largus et ipse febrim solvit. at illa *febris* in ridiculam quandam affectionem mentes illorum conjecit. omnes ad tragœdiam vitioso motu impellebantur, et jambica proferebant, et clamabant valide, maxime vero Euripidis Andromedam solitario cantu pronuntiabant, et

in suam ditionem redacta, ibi regno potitus est, nomenque suum urbi imposuit, anno post Romam conditam CCCCXLV. cum Seleuco, Syriæ Rege, acie congressus, prælium cum vita perdidit anno ætatis LXXIV.

2. Φιλων.] Verum nomen fuisse videtur, ait *Salmas*, sed quis fuerit ille Philo non constat.

10. Ευριπιδ.] Eximius poeta tragicus, Socratis amicus, qui ob exquisitam humanæ mentis cognitionem, passim in operibus suis diffusam, scenici philosophi nomen sibi comparaverit; ὁ τῶν τραγικῶν φιλοσοφ. mentionem faciunt antiqui scriptores de nonagenis duabus tragœdiis ab illo compositis, quarum novendecim tantum e ruinis temporis bona eripuit fortuna. tanto fuit in pretio, ut, cum Syracusani captivos Athenienses morti addixissent, vitam et libertatem concederent illis eorum, qui suavis illius poëtæ versus memoriter recitare possent.

Ἀνδρομέδαν ἐμνώσθη, καὶ τὸν τοῦ Περσέως ῥῖπτον οὐ μέλλειν διεξήεσαν· καὶ μεσὴ ἦν ἡ πόλις ἀνχρῶν ἀπάντων καὶ λεπτῶν τῶν ἑβδομαίων ἐκείνων τραγωδῶν,

Σὺ δ' ὦ θεῶν τύραννε καὶ ἀνθρώπων, Ἔρως,

Καὶ τἄλλα μεγάλη τῇ φωνῇ ἀναβοώντων, καὶ τοῦτο ὄπιπλον, ἄχει δὴ χειμῶν, καὶ κρύος δὲ μέγα θυμόθυον, ἔπαυσε λαβόντας αὐτούς. αἰτίαν δέ μοι δοκεῖ τοῦτο παρασχεῖν Ἀρχέλαος ὁ τραγωδός, εὐδοκιμῶν τότε, μισοῦντος θέρους οὐ πολλῷ τῷ φλογμῷ τραγῳδήσας αὐτοῖς τὴν Ἀνδρομέδαν, ὡς συρέζαι τι ἀπὸ τοῦ θάτερον τὸν πολλούς, καὶ ἀναζαίνειν ὕστερον εἰς τὴν τραγῳδίαν παρελιθαίνειν, ἐπίπολὺ ἐμφιλοχωρήσης τῆς Ἀνδρομέδας τῇ μνήμῃ αὐτῶν, καὶ τοῦ Περσέως ἔτι σὺν τῇ Μεδούσῃ, καὶ ἐκείνου γνώμην ἔσεσθαι.

1 Ανδρομεδαν.] Filiam Cephei et Caſſiopes Æthiopiæ Regis et Reginæ. Cum autem mater ſe Nereidibus pulchriorem jactaret, Cepheus, ad expiandam uxoris ſuperbiam, monſtro marino Andromedam objicere coactus eſt. ſed Perſeus illam ſcopulo religatam viſus, ſubitoque correptus amore, ea conditione ſe illam liberaturum pactus eſt ut ſibi uxor promitteretur. igitur occiſo monſtro nupſit Andromedæ.

1 Περσεως.] Jovis et Danaes filius, adeo prudens et generoſus, ut eum a Minerva ſpeculum et Ægida accepiſſe fingerent poëtæ. ab iiſdem adſcribitur aſtrorum numero, quod inter heroas fabuloſæ antiquitatis fuerit perilluſtris.

4. Σὺ δ' ὦ θεῶν.] Fragmentum Andromedæ, Euripidis tragœdiæ quæ hodie non extat.

Σὺ δ' ὦ θεῶν τύραννε πάνδεμνον, Ἔρως,

illam Perſei orationem modulate perſequebantur. Plena igitur urbs pallidis omnibus et extenuatis ſeptiduanis illis tragœdis,

Tuque o Deorum hominumque ſæve rex, Amor,

Et reliqua voce magna proclamantibus, idque multum diuque, donec hiems, et frigus magnus ingruens, delirio illorum finem impoſuit. Cauſſam mihi vero videtur hujuſmodi *eventus* præbuiſſe Archelaus, Tragœdus ea ætate favore hominum florens, qui media æſtate, multo æſtu, Andromedam illis egerat, adeo ut ab ipſo theatro multi febricitarent, et ſurgentes deinde in tragœdiam delaberentur, cum ſuavitate quadam obverſante memoriæ ipſorum Andromeda, et Perſeo cum ſua Meduſa circa ſenſus uniuſcujuſque adhuc volitante.

Μοχθυσι μοχθους τυπτχως συνικπονει.
Και τουτω μεν θεων τιμιος θεις ειη·
Μη θεων δ' υπ' αυτυ τυ διδασκαλθαι φιλαν,
Αφωριθμον χαριτας ας τιμωσι σε.

O inter homines et Deos dominans amor,
Aut ne videri coge, quæ mala ſunt, bona;
Aut certe amantum, cauſa tu quorum malis,
Juva labores uſque ad optatum exitum.
Curabis hoc ſi facere, Dii te ipſi colent:
Sin, hoc ob ipſum ſuaſor ad amandum quod es
Rapietur a te nunc honorum quod capis.

8. Αρχλαω.] de Archelao quærendum monet *Upſonus* apud Ælian. *vari. hiſto.* quæſivi, at nihil inveni: quin imo multos cum quadam diligentia libros evolvi, nec tamen in ullum incidi qui de hoc tragœdo celebri quicquam aliud narret præter quod a Luciano commemoretur.

13. Μεδουσ.] Meduſa filia Phorci ex Ceto bellua marina, flavidis crinibus auro ſplendidioribus conſpicua. Neptunus illius amore flagrans, in templo Minervæ vim ei attuliſſe dicitur, quæ res adeo Minervam accendit ira, ut formoſam Cæſariem, ſtupri cauſam, mutarit in ſerpentes. omnes de-

Ὡς οὖν ἔν, φασιν, ἐπὶ Δυβάλῃ, τὸ Ἀδριανικὸν ἐκεῖνο πάθος, ἡ νῦν σοῦ πολλὰς τ' πεπαιδευμένων ἐξελήλυθεν· οὐχ ὅστις γράφειν, ἔλαττον δ' ἂν οὗτος θαρρῶν, ἀλλοτρίοις ἰαμβείοις, οὐ φαύλοις κατεχημένοις· ἀλλ' ἀφ' ὧν δὴ τὰ ἐν ποσὶ ταῦτα κεκίνηται, ὁ πόλεμος ὁ πρὸς τὸς βαρβάρους, καὶ τὸ ἐν Ἀρμενίᾳ τραῦμα, ἢ αἱ συνεχεῖς νίκαι, ῥᾴδιός ὅς τις οὐχ ἱστορίαν συγγράφει· μᾶλλον δὲ Θουκυδίδαι, καὶ Ἡρόδοτοι, καὶ Ξενοφῶντες ἡμῖν ἅπαντες· καὶ ὡς ἔοικεν, ἀληθὲς ἄρ' ἦν ἐκεῖνο, τὸ, Πόλεμος ἁπάντων πατήρ· εἰ γε καὶ συγγραφέας τοσούτους ἀνέφυσεν, ὑπὸ μιᾷ τῇ ὁρμῇ.

Ταῦτα τοίνυν, ὦ Φιλότης, ὁρῶντα, καὶ ἀκούοντά με, τὸ τῆς Σινωπέως ἐκεῖνο εἰσῆλθεν. ὁπότε γὰρ ὁ Φίλιππος ἐλέγετο ἤδη ἐπελαύνειν, οἱ Κορίνθιοι πάντες ἐταράτ-

inde, in caput horridum oculos advertentes, in ſaxa ſubito convertebantur. Perſeus talariis Mercurii et gladio, cui nomen Harpe, armatus, caput abſcidit, et ut ſpectaculo eſſet, in Græciam deportavit.

3 ελαττον γαρ αν στη.] τουτο habet *Reitz.* at στη nonnulli MSS, et anteponendum putavi.

6 ο πολεμος.] hujus belli initium ſtatuunt Chronologi noſtri anno Chriſti CLXI. finem CLXIV unde jam patet, inquit *Solanus*, quo tempore Lucianus hunc fœtum ediderit.

6 εν Αρμενια.] vid. *Dion. Caſſ.* 71. *Elegeia* nomen loci ubi Clades illa accepta. M. du S.

8. Θουκυδιδαι, και Ηροδ. και Ξενοφ.] Græcorum hiſtoricorum longe præſtantiſſimi, et adeo clari ut unuſquiſque eorum *muſa* ſit appellatus.

10. Πολεμος απαντων πατηρ.] reſpicit ad illam Heracliteorum veterum philoſophorum τριβολιτρωτην, per quam περιοδον του ὅλου, ipſe ait apud Diogenem La-

2. Si igitur unum, quod aiunt, alteri comparare fas eſt, Abderiticus ille morbus nunc quoque eruditorum multos comprehendit: non illos quidem uti tragœdias agant: minus enim ſic delirarent, ſi jambis alienis nec malis occupati eſſent. Sed ex quo præſens hic motus exſtitit, bellum, inquam, contra barbaros, et vulnus in Armenia acceptum, et victoriæ perpetuæ: nemo eſt quin conſcribat hiſtoriam, potius vero Thucydides nobis, et Herodoti, et Xenophontes ſunt omnes. Et, ut videtur, verum erat illud, *bellum omnium eſſe patrem*, ſi una tot hiſtoricos plaga genuit.

3. Hanc igitur, amice, videntem me et audientem Sinopenſis illud ſubiit. Cum enim jam ducere contra Corinthios nuntiaretur Philippus, perturbari omnes

ertium IX, 7. Heraclitus. nemo forte explicavit eam τραγικοτερον, et rerum omnium ex pugna quadam elementorum originem, copioſius quam Hippocrates, modo is auctor de Diæta. J. M. G.

13 Σινωπεις.] Diogenis ſcilicet, Cynicorum philoſophorum præſtantiſſimi, in dolio degere ſoliti ut pro arbitrio atque ſine ullo incommodo demigrare poſſet. nullus ei cibus erat præterquem ab uno alterove ſingulos in dies accipiebat. hinc dictus ημεροδοκος, *in diem vivens*. Sinopes natus fuit, omnium urbium circa Pontum jacentium præſtantiſſimæ. hanc Mileſii condiderunt anno Romæ CXXV. viros protulit illuſtres, Mithridatem qui caput totius regni fecit; philoſophum Timotheum Patrionem; poetam comicum Diphilum &c. hodie *Sinube* vocatur a Turcis.

13. Φιλιππος.] Macedoniæ Rex, Amyntæ filius, pater Alexandri magni. devictis Athenienſibus ad Chæroneam Beotiæ pagum et Plutarchi patriam, omnem pene Græciam, partim armis, partim Divitiis ſimul humanitate morum ſub ſuam redegit poteſtatem.

——— *diffidit urbium*
portas vir macedo, et ſubruit æmulos
reges muneribus.

Horat. l. III. Od. XVI.

14. οι Κορινθιοι.] Corinthus urbs Peloponneſi olim celeber-

τοντο, ὁ δὲ ἔργῳ ἦσαν· ὁ μὲν, ὅπλα ἐπισκευάζων, ὁ δὲ, λίθους διαφέρων, ὁ δὲ, οἰκοδομῶν τὸ τεῖχος, ὁ δὲ, ἔπαλξιν ἐπισκευάζων, ὁ δὲ ἄλλος, ἄλλο τι τῶν χρησίμων ὑπουργῶν. ὁ δὴ Διογένης ὁρῶν ταῦτα, ἐπεὶ μηδὲν εἶχεν ὅ, τι χρήσαιτο, ὑδρεῖς γὰρ αὐτῷ εἰς οἰκίαν ἐχρῆτο, ἀγοράζων ἁμάξιον τὸ τριῶβολον, ἀπουδῇ μάλα καὶ αὐτὸς ἐκύλιε τὸν πίθον, ἐν ᾧ ἐτύγχανεν οἰκῶν, ἄνω καὶ κάτω τοῦ Κρομείου· καί τινος τῶν συνήθων ἐρομένου, τί ταῦτα ποιεῖς, ὦ Διόγμης; Κυλίω, ἔφη, καὶγὼ τὸν πίθον, ὡς μὴ μόνος ἀργεῖν δοκοίην ἐν τοσούτοις ἐργαζομένοις.

Καὐτὸς οὖν, ὦ Φίλων, ὡς μὴ μόνος ἄφωνος εἶην ἐν ὅτῳ πολυφώνῳ τῷ καιρῷ, μηδ' ὥσπερ κωμικὸν δρυφόρημα, κεχηνὼς σιωπῇ διαφερόμην, καλῶς ἔχειν ὑπέλαβον, ὡς δυνατόν μοι, κυλίσαι τὸν πίθον, οὐχ ὡς ἱστορίαν συγγράφειν, οὐδὲ πράξεις αὐτὰς διεξιέναι· οὐχ ὅτῳ μεγαλότολμος ἐγὼ, μηδὲ τοῦτο δείσῃς περὶ ἐμοῦ· οἶδα γὰρ ἡλίκος ὁ κίνδυνος, εἰ κατὰ τὸν πετρῶν κυλίει τις, καὶ

rima, hodie vero pagus miſerabilis cui nomen *Gerame*, paucis et pauperibus ſervis habitatus, adeo inſtabiles res humanæ! valde fuit locuples ait *Strabo*, ob Emporium in iſthmo ſitum, et ob duos portus, unum Italiæ, alterum Aſiæ obverſum: ita ut tantillo a ſe intervallo diſſiti, facile inter ſe merces commutare poſſent. a L. Mummio eſt everſa quod in Romanorum legatos domum ſuam prætereuntes, auſi ſint Cænum defundere. *Polybius*, quæ in excidio ejus evenerunt narrando deplorans, militarem contemptum artificiorum ac donario-

et trepidare, arma parare alius, alius adferre lapides, alius murorum *partem* ſubſtruere, loricam mœnium firmare alius, alius vero aliud eorum, quæ uſui eſſent, miniſtrare. Diogenes vero videns iſta, cum quod ageret non haberet, neque enim quiſquam illo ad ullam rem utebatur, ſuccincto palliolo ſuo, ſtudioſe admodum et ipſe dolium in quo degebat, volvere ſurſum deorſum in Cranio: et familiarium interrogante uno, *quorſum hæc facis, Diogenes?* reſpondere, *Volvo et ipſe dolium, ne otioſus ſolus inter tot occupatos videar.*

4. Itaque ipſe ego quoque, Philon, ne mutus ſolus eſſem in vocali adeo tempore, neque comici ſatellitii inſtar hiante ore præter veherer, decere arbitratus ſum, pro virili me quoque dolium volvere, non ut hiſtoriam ſcriberem, neque ut ipſa enarrem facta; non ita audax ego, neque hoc de me metueris. Novi enim quantum ſit periculum, ſi per ſaxa volvat ali-

rum inter alia commemorat. ait enim ſe præſentem vidiſſe tabulas in ſolum projectas, ac milites ſuper iis ludentes talis. cum diu deſolata jacuiſſet, inſtaurata eſt a Divo Cæſare propter loci oportunitatem, miſſis eo in Coloniam libertinis plurimis.

8. *τὸ Κρανεῖον.*] *Craneum*, ſchola ſeu Gymnaſium in quo Diogenes degebat ante Corinthum ut ſcribit *Laert.* lib. 6. *τυγχάνει μὲν οὖν ἀλῆσαι ἐν τῷ κρανείῳ ὃ τὸ Κορινθίων γυμνάσιόν ἐστιν.*

12. *κωμικὸν ὑποφαίνων.*] feſtive alludit noſter ad conſuetudinem ſcenæ. in illam enim heroicæ perſonæ prodibant ſatellitibus ſeu ſervis, ad ornatum duntaxat et ſpectaculum comitatæ. Græci igitur illos ſoliti erant vocare *σχῆμα τῆς τραγῳδίας*, *ſpeciem tragœdiæ*, quod ſe tantum conſpiciendos præberent, nullum autem proferrent verbum. illorum mutas partes ferre recuſans Lucianus, ait ſe quædam ſaltem de conſcribenda hiſtoria dicturum. ſiquidem et ipſe ſcribere illam non valeat.

μάλιςα, οἷον τὸμὲν τοῦτο πηδάκιον, ὑδὲ πάνυ χαρπερῶς κεκαρφομενομβύον· δέησι γὰρ αὐτίκα μάλα τοῦς μικρόν τι λιβίδιον ἀναπαύσαντα, συλλέγειν τὰ ὄφακα. τί οὖν ἔγνωσάι μοι, ἢ πῶς ἀσφαλῶς μαθήξω ϑ' πολέμου, αὐτὸς ἔξω βέλτις ἐσὼς, ἐγώ σοι φράσω. τῦ μὲν καπνοῦ, ἢ κύματος, ἢ φοινίκων, ὅσαι τῷ συγγράφει ἔπεισιν, ἀπέξω ἐμαυτὸν, εὖ ποιῶν. ὠδίνουσι δέ τινα μικρὰ, καὶ ὑποθήκας ταύτας ὀλίγας ὑποθήσομαι τοῖς συγγράφουσιν, ὡς κοσμήσαιμι αὐτοῖς τὴν οἰκοδομίας, εἰ καὶ μὴ τῆς ὑπογραφῆς, ἄκρῳ γε τῷ δακτύλῳ τοῦ σπουδῦ προσαψάμενος.

Καίτοι ὑδὲ παραινέσεως ἂν πολλοὶ δεῖν οἴονται σφίσιν ὁπὶ τὸ προῆγμα, ἢ μᾶλλον ἡ τέχνης πὸς ὁπὶ τὸ βαδίζειν, ἢ βλέπειν, ἢ ἐσθίειν, ἀλλὰ πάνυ ῥᾴδιον, ἢ πρόχειρον, ἢ ἅπαντος ἂν ἱςορίαν συγγράψαι, ἣν τις ἑρμηνεῦσαι τὸ ἐπεσθὸν δύνηται· τὸ δὲ, οἶδά που ἢ αὐτὸς, ὦ ἑταῖρε, ὡς ἢ τ' εὐμεθαχειρίςων, ὑδὲ ῥᾳδίμως συντεθῆναι δυναμένων τῦτ' ὄντι, ἀλλὰ εἴ τι σὺ λόγοις ἢ

ς τὸν μὲν πρῶνα.] loquendi ratio ab *Homero* Odyſ. M. 219. ſumta, ut oſtendit *Upſenius*. ibi enim Ulyſſes gubernatori mandat ut navem extra fumum et fluctum, Scyllæ ſcilicet, dirigat:

τοῦτο μὲν πρῶτον καὶ κυμάτος ἔκτοθεν ἔσσο
Νηὸς.

merito hic fluctus magnum Ulyſſi injecerat terrorem, cum ſciret nullam ex illo navem enavigaſſe, præter ſolam *Argum*

quis, in primis doliolum, qnale meum eſt, non valide admodum a figulo elaboratum: cogar enim, ſi vel ad parvum lapillum offendam, teſtas colligere. Quid igitur decretum mihi ſit, et quomodo tutus in partem belli venturus ſim, extra teli jactum ipſe conſtitutus, tibi enarrabo. Nimirum a fumo, et fluctu, et curis quæ ſcribendo adjunctæ ſunt, abſtinebo me, ſapienti conſilio. Admonitionem autem parvam quandam, et pauca hæc præcepta ſubjiciam ſcribentibus, ut in ædificandi aliquam partem veniam, licet in inſcriptione nulla mei mentio futura ſit, qui extremo tantum digito lutum attigerim.

5. Quanquam neque admonitione plerique opus ſibi eſſe putant ad hoc negotium; non magis quam arte quadam ad incedendum, aut videndum, aut edendum: ſed facillimum omnino, et promtum, et uniuſcujuſque eſſe, ſcribere hiſtoriam, modo quis eloqui, quæ in mentem veniunt, poſſit, Hoc vero, noſti forte ipſe quoque, ſodalis, quam non ſit ex facillimis, neque ex iis, quæ negligenter componi poſſint, ſed *hoc eſt*, ſi quid eſt in ſtudiis literarum aliud, quod

Junoni charam. audi Hom. M. 69.

Οιη δη κεινη γε περιπλω νεοντοπορ θ· νηυς.
Αργω πασιμιλυσα, περ' Αιηταο θλεσασα.
και τε κε δη θαν υπ' ουρεα βαλλεν μεγαλας προτι πετρας
Αλλ' Ηρη παρεπαμψεν, επει φιλ θ· εν Ιησον.

Sola ſane illa præternavigavit mare ſulcans navis, Argo omnibus curæ habita, ab Aeta navigans:
Et ſane illam ibi celeriter *fluctus* conjeciſſent magnas ad petras,
Sed Juno præterire fecit, quoniam charus erat Jaſon.

6 τω συγξυφ(.] ſic repoſui, ut melius altera lectione συγχυφαι.

ἄλλο, πολλῆς δ' φρυτίδος δεόμενον, ἤν τις, ὡς ὁ Θουκυδίδης φησὶν, ἐς ἀεὶ κτῆμα συνθείη. οἶδα μὲν οὖν οὐ πάνυ πολλοὺς αὐτῶν ὑπερέψων, οἷοις δὲ, καὶ πάνυ ἐπαχθὴς δόξων, καὶ μάλιστα ὁπόσοις ἀποτετέλεσμαι ἤδη, καὶ οἱ δὴ κοινῷ δέδεικε ἡ ἱστορία. εἰ δὲ καὶ ἐπήνεσταί τισι τότε ἀκροασαμένοις, μανία, εἰ γε ἐλπὶς, ὡς ⓐ τοιοῦδε μεταποιήσουσιν ἢ μεταγράψουσί τι τῶν ἅπαξ κεκυρωμένων, καὶ ὥσπερ ἐς τὰς βασιλείους αὐλὰς ἀποκειμένων. ὅμως δὲ καὶ χεῖρον καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐκείνους εἰρῆσθαι, ἵν' εἴ ποτε πόλεμος ἄλλος συρραίη, ἢ Κελτοὶς πρὸς Γέτας, ἢ Ἰνδοῖς πρὸς Βακτρίους (καὶ γὰρ πρὸς ἡμᾶς γε τολμήσειεν ἄν τις, ἁπάντων ἤδη κεχειρωμένων) ἔχωσιν ἄμεινον συνθήναι, τὰ χαλκᾶ τοῦτον προσάγοντες. ἥπερ γε δόξῃ αὐτοῖς ὀρθὸς εἶναι· εἰ δὲ μὴ, αὐτοὶ μὲν καὶ τότε δι' αὐτῶν πήξομαι, ὥσπερ καὶ νῦν, μετρόντων τὸ πρᾶγμα· ὁ ἰατρὸς δὲ ὁ πάνυ ἀπιάσεται, ἢν πάντες Ἀσκληπιάδαι ἐκόντες Ἀσκληπιάδαν προαγορεύσωσι.

Δικαίως δὲ ὅντος τοῦ τῆς συμβουλῆς ἔργου, τὰ μὲν γὰρ

2 ες αει κτημα.] vid. quod notatum eſt c. 42.

6 μανια εγε ελπις.] hunc locum aſſerit corruptum J. J. et legere μανια ειπερ ελπις non dubitat. ejus lectionem non averſor, ſed nihil tamen mutandum exiſtimo, cum non ſit abſolute neceſſarium. ſic enim ille locus verti poſſe mihi videtur; ſi *ſit* ſpes, inſania *eſt*.

8 τας βασιλειους αυλας.] reſpicit ad templum quod Auguſtus, poſt Actiacam victoriam, erexit in palatio, et Apollini dedicavit. ibi ſua ſcripta Poëtæ ſolebant recitare, cumque probarentur a judicibus præpoſitis, in bibliothecam hujus Ædis reponebantur.

multa cura indigeat; ſi quidem aliquis, *tanquam* poſſeſſionem in perpetuum *obtinendam*, ut ait Thucydides, componere velit. Novi equidem fore, ut non admodum multos advertam, quin omnino, ut odioſus etiam quibuſdam videar, illis præſertim quibus jam perfecta eſt, et oſtenſa in publico hiſtoria. Si vero etiam laudata ſit ab audientibus, inſania fuerit ſperare, retractaturos aliquid, aut aliter ſcripturos eorum, quæ ſemel firmata auctoritatibus et quaſi in aulas regias repoſita ſunt. Veruntamen non peſſimum fuerit etiam ad illos ipſos dicta hæc eſſe, ut ſi quando bellum confletur aliud, aut Celtarum adverſus Getas, aut contra Bactrianos Indorum, (neque enim contra nos quiſquam auſit *tale quid*, perdomitis jam omnibus) habeant, quomodo componere melius poſſint, applicanda hac norma, ſi quidem recta iis videatur eſſe. Sin minus, ipſi quidem tum eadem ulna, ut nunc etiam, rem metiantur: medicus vero non valde angetur, ſi Abderitani omnes ſua voluntate agant Andromedam.

6. Cum autem duplex conſilii opus ſit, quod alia

12 *Απαιτων ηδη κεχειρωμενων.*] vid. *Demoſt.* Ol. 1. 62. C. Phillip. III. 177. B. noſter c. 2. *σωτηχεις νικαι.* bello profligato videtur hoc ſcriptum, atque adeo anno Chr. CLXV. Veri duces Avidius Caſſius et Marcius Verus Seleuciam et Cteſiphonta ceperunt. *capito.* in Vero. c. 4. in nummis Veri, anni CLXVI. pax et imp. III. et IV. ob triumphum. M. du S.

15. *ο αυτος δε, ω πανυ απιεσται.*] poſtquam de arte hiſtorica præcepero quæ mihi neceſſaria ſeu utilia eſſe videntur, ſi quis egregius ſcriptor dignitatem hiſtoriæ, laudibus, deſcriptionibus, fabulis et id genus, obſcurare non intermittit, per me licet, nihil moror quin adeo laudabili ſententia permaneat. medicus ſum quidem, verumtamen neminem medeor invitum, nec Crucior cum Ægrotus mea ſequi conſilia recuſet.

αἱρεῖσθαι, τὰ δὲ φεύγειν διδάσκῃ, φέρε πρῶτα εἴπωμεν, ἅπερ φευκτέον τῷ ἱστορίαν συγγράφοντι, ἐφ' ὧν μάλιστα καθαρευτέον· ἔπειτα, οἷς χρώμενος οὐκ ἂν ἁμάρτοι τῆς ὀρθῆς, καὶ ἐπ' εὐθὺ ἀγούσης, ἀρχήν τε οἵαν αὐτῷ ἀρκτέον, καὶ τάξιν ἥν τινα τοῖς ἔργοις ἐφαρμοστέον, καὶ μέτρον ἐφ' οἷς, ἐφ' ἃ σιωπητέον, καὶ οἷς ἐνδιατριπτέον, καὶ ὅσα παραδραμεῖν ἄμεινον, καὶ ὅπως ἑρμηνεύσαι αὐτὰ καὶ συναρμόσαι. ταῦτα μέν, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὕστερον· νῦν δὲ, τὰς κακίας ἤδη εἴπωμεν, ὁπόσαι τοῖς φαύλως συγγράφουσι παρακολουθοῦσιν. ἃ μὲν οὖν κοινὰ πάντων λόγων ἐστὶν ἁμαρτήματα, ἔν τε φωνῇ, καὶ ἁρμονίᾳ, καὶ βραχυλογίᾳ, καὶ τῇ ἄλλῃ ἀτεχνίᾳ, μακρὸν τι ἂν εἴη ἐπελθεῖν, καὶ τὴν παρούσης ὑποθέσεως οὐκ ἴδιον. κοινὰ γὰρ, ὡς ἔφην, ἁπάντων λόγων ἐστὶν ἁμαρτήματα ἔν τε φωνῇ, καὶ ἁρμονίᾳ.

Ἃ δὲ ἐν ἱστορίᾳ βραδυμαρτάνουσι, τὰ τοιαῦτα ἂν εὖ οἶδ' ὅτι τηρῶν, οἷα καὶ μοὶ πολλάκις ἀκροωμένῳ ἔδοξε, καὶ μάλιστα ἦν ἅπασιν αὐτοῖς ἀναπεπάσης τὰ ὦτα. οὐκ ἄκαιρον δὲ μεθεξῆς καὶ ὑπομνημονεῦσαι ἕνια, παραδείγματος ἕνεκα, τῶν ἤδη ὑπὸ συγγεγραμμένων· καὶ σκεπτόν γε ἐκεῖνο, ἡλίκον ἁμαρτάνουσιν, ἐπισκοπήσωμεν. ἀμελήσαντες γὰρ οἱ πολλοὶ αὐτῶν τοῦ ἱστορεῖν τὰ γεγενημένα, τοῖς ἐπαίνοις ἀρχόντων καὶ γραπτῶν διατρίβουσι· τοὺς μὲν οἰκείους, ἐς ὕψος ἐπαίροντες, τοὺς πολεμίους δὲ, πέρα

eligere docet, fugere vero alia: age primum dicamus, quæ fugienda ſint ſcribenti hiſtoriam, et a quibus purum eſſe oporteat: deinde quibus rebus uſus non aberret a vera *via*, quæque recto *itinere* ducat; quo initio illi ſit incipiendum, quis ordo ſit accommodandus rebus, quæ uniuſcujuſque menſura, quæ prætereunda ſilentio, quibus immorandum ſit. quæ melius breviter percurrere, quomodo verbis explicanda omnia et inter ſe committenda, atque devincienda. Atque hæc quidem, et ſimilia his, deinde. Jam nunc vero vitia dicamus, quæ malos ſcriptores comitantur. Quæ quidem igitur in oratione omni communia inſunt vitia, in lingua, in compoſitione, et ſententia, in ruditate reliqua, longum fuerit perſequi, et hujus argumenti minime proprium eſt. Communia enim, quod modo dixi, omnis orationis vitia ſunt in lingua et compoſitione.

7. Quæ vero in hiſtoria peccant, ea, ſi obſervare velis, talia invenias, qualia mihi etiam, qui ſæpius audivi, videbantur, et maxime ſi omnibus illis patulas aures præbueris. Neque vero imtempeſtivum, interea etiam ſpeciminis cauſſa, quædam commemorare eorum, quæ jam ita ſcripta ſunt. Et primum quidem illud quantum ſit eorum peccatum inſpiciamus, quod omittit vulgus illorum docere, quæ facta ſunt, et in laudibus principum atque ducum immorantur, ſuos quidem tollentes in ſummum, hoſtes vero ultra

4. τῆς ἀρχῆς.] eſt ellipſis, ut indicat interpretatio, pro τῆς ἀρχῆς οὖσι.

4. καὶ τὰ τοῦτ.] pro τὰ τούτοις οὖσι.

4. ἀρχὴν τι ποιεῖν.] præponere ἀρχὴν. nihil uſitatius apud auctores quam defectus hujus præpoſitionis.

δ' μελέτῃ καταῤῥίπτοντες· ἀγνοοῦντες ὡς ὁ σεσὼ φ Ἰαθμῷ διώρυξαι καὶ ἀφετείχισαι ἡ ἱστορία τοὺς ὃ ἐκώμων, ἀλλά τι μέγα τεῖχος ἐν μέσῳ ἐστὶν αὐτῶν, καὶ τὸ τῶν μυστικῶν δὴ τοῦτο, δὶς ἀφ' ἁπασῶν, ἐστὶ τοὺς ἄλληλα, εἴ γε φ μὴ ἐκκαμάζοντι, μόνα ἐνὸς μέλει, ὁποσὴν ἐπαινέσαι καὶ εὐφρόνην τ' ἐπαπόμβυον· καὶ εἰ ψευσαμβῴῳ ὑπάρχει τυχεῖν δ' τέλους, ὀλίγον ἂν φροντίσειεν. ἡ δὲ οὐκ ἄν τι ψεῦδος ἐμπεσὸν ἡ ἱστορία, ὑδ' ἀχαριαῖον ἀνάχοιτο, ὁ μᾶλλον ἢ τ' ἀρτηρίαν, ἰατρῶν παῖδές φασι, τὸν τραχεῖσμ, φαρυγξαλγὲς ἄν τι ἐς αὐτὴν καταπτῆν.

Ἐπ ἀγνοεῖν ἐοίκασιν ὦ τοιοῦτοι, ὡς ποιηταῖς μ, καὶ ποιμάσιν, ἄλλαι ὑποχέσεις, καὶ χρόνοι ἴδιοι· ἱστορίας δὲ, ἄλλοι. ἐκεῖ μ γὰρ, ἀκρατὴς ἡ ἐλαθεία, καὶ νόμος εἷς, τὸ δόξαν τῷ ποιητῇ. ἔνθεν γὰρ καὶ κάτοχος ὁ Μυσῶν, καὶν ἵππων ὑποπτέρων ἅρμα ζεύξαλγ ἅλῃ καὶν ἐφ' ὕδατος ἄλλυς, ἢ ἐπ' ἀνθρείκων ἄκρων θαυσομένης ἀναβιβάσονται, φθόνος οὐδεὶς, ὑδ' ὁπότερ ὁ Ζεὺς αὐτῶν ἀπὸ μιᾶς σειρᾶς ἀναιωνάσας, αἰωρῇ ὁμοῦ γῆν καὶ θάλατταν, δεδίασι, μὴ ἀπῤῥαγείσης

6. τῶν ἀρτηριῶν.] tubus cartilagineus, anteriori parte colli positus, per quem aer in pulmones ingreditur et egreditur; adeo irritabilis ut, si vel minima cujusvis cibi liquorisve particula casu in illum incidat, continuo tussim anhelam suscitet, neque prius placari possit quam illam ejecerit. a Græcis

modum deprimentes: ignari, quam non anguſto intervallo diſterminata et ſeparata ſit ab encomio hiſtoria: ſed magnum hiſce murum eſſe interpoſitum: et, ut muſicorum voce utamur, octava duplici, *id eſt eo quod maximum eſt intervallo* illa a ſe invicem diſtare: ſiquidem encomium ſcribenti illa ſola cura eſt, quomodocumque laudare, et exhilarare eum, qui laudatur, et, ſi per mendacia finem illum conſequi detur, parum curaverit: hiſtoria vero ne minimum quidem, quod forte inciderit, mendacium ferat, non magis quam aſperam arteriam recipere quidquam in illam glutitione delatum, narrant medicorum filii.

8. Ignorare porro tales videntur, poëticæ artis et poëmatum aliud eſſe inſtitutum, et ſua quædam præcepta; alia vero hiſtoriæ. Illic enim immoderata libertas, et lex una, quidquid viſum poëtæ fuerit. Cum enim divino afflatu plenus, et a Muſis obſeſſus ſit, etiamſi alatos curru equos velit jungere, et ſi alios ſuper aquas, aut per ſummas ariſtas decurſuros imponat, invidia nulla eſt: neque, cum illorum Jupiter una catena tractum tollit cum terra mare, me-

ἀξηρεμα dictus ex ἀηρ *aer* et τηρεω *conſervo*. ei Galenus epitheton τραχειαν appoſuit quod ſit aſper et inequalis.

15 ἱππων ὑποπτερων] de poetica hac celeritatis deſcriptione plena manu, ut ſolet, *la Cerda* ad Aen. VI. 808. unde petere licet omnia. quædam etiam *Eſchenbach* ad Orph. Argon. 137. J. M. G.

16 ὑδατινων ἀκρων.] *Virgilius* Æneï. VII. 805. de Camilla hæc canit:

——curſuque pedum prævertere ventos
Illa, vel intactæ ſegetis per ſumma volaret
Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas:
Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.

ἐκείνης, συνδραθῇ τὰ πάντα καταπεχθέντα. Ἀλλὰ καὶ τὸν Ἀγαμέμνονα ἐπαινέσαι θέλοιμι, ὅδε εἰς ὁ καλύσσων, Διὶ μὲ αὐτὸν ὅμοιον τὴν κεφαλὴν καὶ τὰ ὄμματα, τὸ στέρνον δὲ τῷ ἀδελφῷ αὖ τῷ Ποσειδῶνι, τὴν δὲ ζώνην τῷ Ἄρει· καὶ ὅλως σπάνιον ἐκ πάντων θεῶν ἡμέραν δεῖ τὸν Ἀτρέως καὶ Αἰόλης. ὁ μὲν γὰρ ἰκμὸς ὁ Ζεὺς, ὁδὲ ὁ Ποσειδῶν, ὁδὲ Ἄρης, μόνος ἕκαστος ἀναπλήσσων τὸ χάλλος αὐτοῦ. ἡ ἱστορία δὲ, ἢν τινα κολακείαν τοιαύτην προσλάβῃ, τί ἄλλο, ἢ πηγὴ τις ποιητικὴ γίγνεται, μεγαλοφωνίας μὲν ἐκείνης ἐστερημένη, τὴν λοιπὴν δὲ τερατείαν, γυμνὴν τὸ μέτρου, καὶ δι' αὐτὸ ἀπιστοτέραν, ἀναφαίνουσα; μέγα τοίνυν, μᾶλλον δὲ οὐ μέγα τοῦτο κακὸν, εἰ μὴ εἰδείη τις χωρίζειν τὰ ἱστορίας, καὶ τὰ ποιητικῆς, ἀλλ' ἐπεισάγοι τῇ ἱστορίᾳ τὰ τῆς ἑτέρας κομμώματα, τὸ μῦθον, καὶ τὸ ἐγκώμιον, καὶ τὰς ἐν τούτοις ὑπερβολάς· ὥσπερ ἂν εἴ τις ἀθλητὴν τὸν καρτερὸν τύπτων, καὶ κομιδῇ πεπόνων, ἀλγεινὸν θεραπαίνης, καὶ τῷ ἄλλῳ κόσμῳ δὲ ἐταιρικῷ, καὶ φόνιον ὀστέοις, καὶ ψιμύθιον δὲ προσώπῳ· Ἡρακλεῖς, ὡς καταγέλαστον αὐτὸν ἀπεργάσαιτο, αἰσχίονας δὲ κόσμῳ ἐκείνης.

Καὶ οὐ τοῦτό φημι ὡς οὐκὶ καὶ ἐπαινετέον ἐν ἱστορίᾳ ἐστὶ· ἀλλ' ἐν καιρῷ τῷ προσήκοντι ἐπαινετέον,

tuunt, ne rupta illa, conterantur delapſa illa omnia. Verum etiam ſi laudare Agamemnonem velint, nemo eſt qui intercedat, Jovi quidem illum ſimilem caput et oculos, pectus vero fratri illius Neptuno, circa cingulum vero Marti; atque in univerſum compoſitum e Diis omnibus fieri oportet Atrei et Aëropes filium. Neque enim par Jupiter, neque Neptunus, neque Mars, qui ſolus per ſe pulchritudinem illius expleat. Hiſtoria vero, ſi quam id genus adulationem adſciſcat, quid aliud quam pedeſtris quædam poëtica fiet, magnifico quidem illo dicendi genere privata, ſed portentoſa commenta reliqua, nudata numeris, et ob id ipſum magis conſpicua ob oculos ponens? Magnum igitur, quin plus-quam magnum illud vitium, ſi quis ſeparare quæ hiſtoriæ ſunt, et quæ poeticæ, neſciat, ſed hiſtoriæ fucum alterius artis inducat, fabulam *puto* et encomium, et qui ſunt in utroque exceſſus. Velut ſi quis athletam de robuſtorum horum numero unum, et plane ilicis inſtar durorum, purpura induat, alioque cultu meretricio, et fucum affricet ceruſſamque faciei: quam, Hercules! ridendum illum reddiderit, quam ipſo cultu turpem!

9. Neque illud dico, quaſi non et laudandum ſit non nunquam in hiſtoria. ſed tempore opportuno lau-

2 Ἀγαμέμνονα.] Reſpicit ad Homeri ſequentes verſus.

——μετὰ δὲ τρῶων Ἀγαμέμνων
Ὀμμάτων καὶ κεφαλῇ ἐικελος· Διὶ τερπικεραύνῳ
Ἀρὶ δὲ ζωστῆρι, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.

——inter quos Rex Agamemnon
Oculis et capite ſimilis Jovi gaudenti fulmine,
Marti autem balteo, pectore itidem Neptuno.

καὶ μέτριον ἐπαχτέον τῷ πράγματι, τὸ μὴ ἐπαχθὲς τοῖς ὕστερον ἀναγνωσομένοις αὐτὰ, καὶ ὅλως πρὸς τὰ ἔπειτα καινοτέον τὰ τοιαῦτα, ἅπερ μικρὸν ὕστερον ἐπιδείξομεν. ὅσοι δὲ οἴονται καλῶς ἔχειν εἰς δύο τὴν ἱστορίαν, εἰς τὸ τερπνὸν, καὶ χρήσιμον, καὶ ἀφ' τοῦτο εἰσοίσουσι καὶ τὸ ἐγκώμιον εἰς αὐτὴν, ὡς τερπνὸν, καὶ εὐφραῖνον τὸν ἐντυγχάνοντα, ὁρᾷς ὅσον τἀληθοῦς ἡμαρτήκασι· πρῶτον μὲν, κιβδήλῳ τῇ ἀρετῇ χρώμενοι. ἓν γὰρ ἔργον ἱστορίας καὶ τέλος, τὸ χρήσιμον, ὅπερ ἐκ τοῦ ἀληθοῦς μόνου σωτάγεται· τὸ τερπνὸν δὲ, ἄμεινον μὲ εἰ καὶ αὐτὸ παρακολουθήσειεν, ὥσπερ καὶ κάλλος ἀθλητῇ· εἰ δὲ μὴ, οὐδὲν κωλύσει ἀφ' Ἡρακλέους ἡμέσθαι Νικόστρατον τὸν Ἰσιδότου, ἡμιάδαν ὄντα, καὶ τοῦ ἀναγραπτῶν

12 Οὐδὲν κωλύσει ἀφ' Ἡρακλέους ἡμιάδα Νικόστρατον τὸν Ἰσιδότου, ἡμιάδαν ὄντα.] hic locus prima facie videtur ſanus et integer, at poſtquam exactius præcedentia et ſequentia examinavi, mihi videtur deeſſe una literula, ut bene quadret ad ſenſum auctoris, qui talis eſt: *ſi pulchritudo et vires concurrant in athleta, non erit ſpernendum tale conſortium, ſed deformitas in athleta, modo robur invictum et experientia adſint, non impediet, quominus præmia reportet, et inſignis exiſtimetur athleta.* igitur in toto eo ſermonis tractu, nullus eſt locus mentioni de nobilitate. ideo τὸ ἀφ' Ἡρακλέους ἡμιάδα non videtur conſonare toti ratiocinationi, et aberrat ab auctoris ſcopo. ideo non ſuſpicor, ſed firmiſſime credo Lucianum ſcripſiſſe οὐδὲν κωλύσει τὸ ἀφ Ἡρακλέους ἡμιάδα, quod quidam non intelligentes et putantes debere intelligi Nicoſtratum e proſapia Herculis et octavum ab Hercule fuiſſe, quod eſt trinepotis filium, et videntes id impoſſibile eſſe e ratione temporis, literam numeralem τὸ ſuſtulerunt. at τὸ ἀφ' Ἡρακλέους non de ſtirpe intelligendum, quaſi fuerit ille Nicoſtratus Heraclidęs, ſed de

dandum, et modus negotio adhibendus, in quantum ea laus non moleſta ſit futuris lectoribus, et omnino ad futuri temporis regulam dirigenda ſunt talia, ut paullo poſt demonſtrabimus. Quotquot vero putant bene ſe hiſtoriam in duo tribuere, ſuavitatem atque utilitatem, ob eamque rem etiam encomium in eam inferunt, ut jucundum quiddam, et lectores exhilarans, vides quantum aberrent a vero: primo quidem diviſione quod utuntur fallaci; unum enim opus hiſtoriæ et finis, utilitas, quæ ex vero ſolo colligitur. Jucunditas vero, melius quidem eſt, ſi et ipſa conſequatur, ut athletam pulchritudo: ſin minus, nihil prohibet, quo minus ab Hercule numeretur Nicoſtratus Iſidoti, generoſus vir et utroque colluctatorum

ordine eorum, qui luctæ et pancratii palmam ſimul eadem reportaverant die, quorum primus numeratur *Hercules* ſecundus *Cæpus Elejus* de quo jam ſupra ad Pauſaniam in Heliacis p. 170 diximus, tertius *Ariſtomenes Rhodius*, quartus *Protophanes Magneſius*, quintus *Straton Alexandrinus*, ſextus *Marion Alexandrinus*, ſeptimus *Ariſteas Stratonicenſis*, octavus *Nicoſtratus Cilix Ægæates* de quo hic loquitur Lucianus, qui luctam et pancratium vicit Olympiade 204. quem etiam memorat Pauſanias Heliac. 1. Et ex hoc loco et Pauſania corrigendus eſt Olympionicarum catalogus a Joſepho Scaligero publicatus, ubi *Stratis* vocatur male. Error natus ex eo, quod forte literis fugientibus legebatur *πανκρατιον και παλλον νικησαντα*, unde divinavit exſcriptor *τουτον ηρωτα*. Cum ergo Nicoſtratus ille victor renuntiatus fuerit Olymp. 204, a Troja vero capta ad primam Olympiadum numerentur anni quadringenti octo circiter, Hercules vero vixerit ante Trojam captam una generatione ad minus, manifeſtum eſt Nicoſtratum illum non poſſe numerari octavum ab Hercule ſecundum generationem, nam numerando triginta annos in unaquaque generatione, ut volunt chronologi, vix ſufficerent quadraginta generationes. itaque vero verius eſt debere legi *ο απο Ηρακλους*, et intelligi non de ſtirpe, ſed de victoriis Olympiacis luctæ et pancratii. P.

ib. *υδη κωλυοι*.] doctam *Palmerii*

ἑκατέρων ἀλκμεώτερον, εἰ αὐτὸς μὴ αἴσχιστος ὀφθῆναι ἐπὶ τῷ ὄψει· Ἀλκμαιος δὲ ὁ καλὸς ὁ Μιλήσιος, ἀνταγωνίζοιτο αὐτῷ, καὶ ἐρώμενος, ὡς φασι, τῷ Νικοστράτῳ ὤν. καὶ τοίνυν ἡ ἰσοτέλεια, εἰ μὲν ἄλλως τὸ τερπνὸν παρεμπορεύσαιτο, πολλοὺς ἂν τοὺς ἐραστὰς ὠφελήσαι· ἄχει δ' ἂν καὶ μόνον ἔχη τὸ ἴδιον ἀντιλὲς, λέγω δὲ τὴν τῆς ἀληθείας δήλωσιν, ὀλίγου γε καλλους φροντίς.

Ἔτι καὶ κεῖνο εἰπεῖν ἄξιον, ὅτι οὐδὲ τερπνὸν ἐν αὐτῇ τὸ κομιδῇ μυθώδες, καὶ τὸ τῶν ἐπαίνων μάλιστα θηρᾶσαι πρὸ ἑκάτερον τοῖς ἀκούουσιν· ἢν μὴ τὸ συμφέρον καὶ τὸ πολὺν δῆμον ὠφελῆσαι, ἀλλὰ τοὺς δικαστὰς, καὶ, νὴ Δία, συκοφάντας θεσπέσιόν γε ἀκροασόμενος, ὃς ἂν ἄν τι λάθοι παραδραμὼν, ὀξύτερον μὲν γ' Ἄργου ὁρῶντας,

conjecturam libenter tranſtuli quod pulchra ſane et ingenioſa, quodque apud multos plurimum forte habeat auctoritatis. Sed ei aſſentire nequaquam poſſum. nam primum ſtructa eſt concurſu tot ſuppoſitionum, rerumque fortuitarum, ut hæc conſideratio, vel ſola, meo quidem judicio ſuffici ens illius refutatio foret. at ſunt et aliæ cauſæ cur non ſit admittenda. quid enim facit ad rem quotus ordine ſit Nicoſtratus? paulum, quæſo, *Palm.* ſenſum conſidera: *etſi Nicoſtratus pulcher non ſit, nihil tamen prohibet quin octavus ab Hercule numeretur victor Olympiacus.* minime ſane reſpicit Lucianus ad ullam Olympicorum victorum ordinem ut ſuum ſtabiliat argumentum. iſta igitur literula ν, cujus ope *Pal.* acutum nobis oſtendit ingenium, omnino rejicienda eſt, et per ἀφ' Ἡρακλέους γενόμενος intelligendum exiſtimo, *ab Hercule natum*, id eſt *fortem, generoſum, dignum ut editus Hercule cenſeatur*: ſicut eodem modo virum robuſtum hodie dicimus *Herculem.*

2 Ἀλκμεώτερον.] de hoc tacent. M. du S.

ibid. Μιλήσιος.] vide notas ad c. 14.

ſuorum fortior, licet aſpectu eſſet fœdiſſimus; Alcæus autem Mileſius, pulcher ille, cum ipſo certaret, amaſius idem, ut aiunt, Nicoſtrati. Hiſtoria igitur, ſi quidem jucunditatem corollarii cujuſdam inſtar adjiciat *utilitati*, multos alliciat. Verum quamdiu vel ſolam illam ſuam perfectionem habuerit, declarationem veritatis dico, pulchritudinem parum curabit.

10. Illud adhuc dicere e re fuerit, neque jucundum in hiſtoria eſſe, quod ſit plane fabuloſum; et laudare rem maxime adverſam in utramque partem eſſe audientibus, ſi non fæcem populi, et plebem cogites, ſed hos, qui judicum more, quin calumniatorum inſuper, audituri ſunt; quos nihil fugiat, acutius videntes Argo, et ex omni parte corporis; tum

10 παρ' ἑκατερα.] variæ ſunt hujus loci interpretationes apud viros doctos; neç miror cum primo aſpectu obſcurus admodum videatur. de utraque auditorum parte intelligit *Solanus*, laudatis ſcilicet et laudes audientibus: at omnium ſæculorum experientia nos nimium eheu! docet, laudes ſuaviter laudatorum aures titillare, ſeſeque in eorum corda ſenſim ſine ſenſu inſinuare. verſimilius *Geſn.* conjectat παρ' ἑκατερα innuere difficultatem laudandi proprie, cum vel nimis videaris prodigus vel parcus nimis. attamen illius opinionem non amplector 1°. quod jam Lucianus proximo capite regulas in laudando obſervandas præſcripſit, et 2°. quod illa interpretatio non admitti poteſt cum τοις ακουουσι ſed cum τω γραφοντι: laudare enim non eſt Res difficilis *audientibus*, at *ſcribenti*. illam itaque rejicio et ſic interpretor: non in hiſtoria jucundum eſt quod eſt plane fabuloſum; et maxime laudes immoderatæ audientibus faſtidium afferunt παρ' ἑκατερα *in utramque partem*, id eſt, ob duas cauſas, quod ſcilicet fabuloſæ ſint, et quod ſint *laudes*. fabula enim laudes continens immeritas, in hiſtoria dupliciter odioſa eſt.

13 του Αργου.] cui centum erant oculi, ſtellarum ad inſtar micantes.

καὶ παραχθὲν τῦ σώματος, ἀργυρεμοιβικῶς ἢ τ λεγομένων ἔκαστα ἐξετάζοντας, ὡς τὰ μὲ παρακεκομμένα, εὐθὺς ἀποῤῥίπτειν, παραδέχεσθαι δὲ τὰ δόκιμα, καὶ ἔννομα, καὶ ἀκριβῆ τὸν τύπον· πρὸς ὃς ἀποβλέποντας χρὴ καὶ συγγράφειν, τ δ' ἄλλων ὀλίγον φροντίζειν, καὶν διαῤῥαγῶσιν ἐπαινοῦντες. ἢν δ' ἀμελήσας ἐκείνων, ἡδύσης πέρα τῦ μετεῖναι τὴν ἱστορίαν μύθοις, καὶ ἐπαίνοις, καὶ τῇ ἄλλῃ γοητείᾳ, τάχιστ' ἂν ὁμοίαν αὐτὴν ἐξεργάσαιο ᾧ ἐν Λυδίᾳ Ἡρακλεῖ. ἐωραικέναι γάρ πῦ σε εἰκὸς γεγραμμένον, τῇ Ὀμφάλῃ δουλεύοντα, πάνυ ἀλλόκοτον σκευὴν ἐσκευασμένον, ἐκείνην μὲ, τὸν λέοντα αὐτῦ περιβεβλημένην, καὶ τὸ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ἔχουσαν, ὡς Ἡρακλέα δῆθεν ὄσαν, αὐτὸν δὲ, ἐν κροκωτῷ, ἓ πορφυρίδι, ἔρια ξαίνοντα, καὶ παιόμενον ὑπὸ τ Ὀμφάλης ᾧ σανδάλῳ· καὶ τὸ θέαμα αἴσχιστον, ἀφεῖσα ἡ ἐαθὴς ἓ σώματος, καὶ μὴ προσιζάνουσα, καὶ ἓ θεῦ τὸ ἀνδρώδες ἀσχημόνως καταπλυνόμενον.

Καὶ ἃ μὲ πολλοὶ, ἴσως καὶ ταῦτά σε ἐπαινέσονται· ἃ ὀλίγοι δὲ ἐκεῖνοι, ὧν σὺ καταφρονεῖς, μάλα ἡδὲ, καὶ ἐς κόρον γελάσονῖ, ὁρῶντες τὸ ἀσύμφυλον, ἓ ἀνάρμοστον, καὶ δυσκόλλητον τοῦ πράγματος. ἐκάστου

8 τῶν ἐν Λυδίᾳ Ἡρακλεῖ.] per multi ſunt Hercules de quibus enarrant multa *Diod. Sicul. Cicer. Varr.* &c. is de quo nunc agitur Jovis fuit filius et Alcmenes, uxoris Amphitrionis

trapezitica ratione singula quæ dicuntur explorantes; ut adulterina abjiciant protinus, proba autem, et legitima, et accurate expressa, recipiant: ad quos videlicet inter scribendum oportet respicere, parum autem curare alios, si vel rumpantur laudando. Sin his neglectis, condias ultra modum historiam fabulis et laudibus, et lenocinio reliquo, facillime eam similem reddideris Herculi in Lydia: verisimile enim est alicubi eum te vidisse pictum, ut servit Omphalæ, habitu indutum plane alieno: illam quidem Leonina tectam, clavamque manu tenentem, nempe quasi Hercules sit; ipsum vero in crocoto, et purpura, carpentem lanas, et sandalio Omphales percussum. Turpissimum illud est spectaculum, quod recedit a corpore vestis, nec satis applicatur, et quidquid in deo virile est, indecore effeminatur.

11. Ac vulgus quidem, hæc ipsa fortasse in te laudaverit: at illi pauci, quos tu contemnis, suaviter sane et ad satietatem ridebunt, videntes rem absurdam, incongruam et combinari nescium. Singulo-

Thebarum Regis; idem qui apud Græcos et Romanos colebatur. natus est juxta Herodotum, centum annis ante Trojæ excidium, hoc est MCCCLXXXIII ante *Chri.* cum ejus ingentia facta omnium sermone percrebuissent in Lydia, Omphale Regina, ejus amore capta, illum accersivit ejusque pectus tanto etiam amore inflammavit, ut effeminatissimam vitæ vitam non erubesceret. Exstant adhuc nonnulla monumenta quæ Herculem et Reginam, sicut nostri describit, exhibent. Herculis furores et mors duabus Euripidis tragœdiis principium dederunt: ΗΡΑΚΛΗΣ ΜΑΙΝΟΜΕΝΟΣ *Hercules Furens*, et ΗΡΑΚΛΕΙΔΑΙ *Heraclidæ*.

11. πάντα γὰρ ἂν ἴδοι τις, κ.τ.λ.] *singulorum enim propria quædam pulchritudo est*: sic noster. at melius vertit Rutil. *nam quod unicuique rei proprium est, id pulchrum est.*

γὰρ δὴ ἴδιόν τι, καλόν ἐστιν. εἰ δὲ τοῦτο ἀλλάξειας, ἀκριβὲς τὸ αὐτὸ ἔσῃ τὴν χρῆσιν γίγνεται. ἐῶ λέγειν ὅτι οἱ ἔπαινοι, ἐνὶ μὲν ἴσως τέρπουσι, ὃν ἐπαινέμενοι, πρὸς δ' ἄλλας, ἐπαχθεῖς· καὶ μάλιστα ἢν ὑπερφυεῖς τὰς ὑπερβολὰς ἔχωσιν· οἵους αὐτοὺς οἱ πολλοὶ ἀπεργάζονται, τὴν εὔνοιαν τῷ ἔσῃ τοῦ ἐπαινουμένου διαφθείροντες, ἄχρι τοῦ πᾶσι τροφαῖς τὴν κολακείαν ἐξεργάσασθαι· οὐδὲ γὰρ κτῆμα αὐτὸ ἡγοῦνται ἴσασιν, οὐδ' ὑπισχνοῦσι φιλίαν· ἀλλ' ἐμπαίοντες, ἀθρόα παίζουσι καὶ ἀπίθανα, καὶ γυμνὰ δηλοῦσιν.

Ὧν οὐδὲν τυγχάνουσιν ἧττον μᾶλλον ἐφιέντες· οἱ γὰρ ἐπαινούμενοι τοῖς αὐτοῖς, μισοῦσι μᾶλλον, καὶ ἀποστρέφονται ὡς κόλακας, εὖ ποιοῦντες, καὶ μάλιστα ἢν ἀληθεῖς τὰς γνώμας ὦσιν. ὥσπερ Ἀριστοβούλου μονομαχίαν γεγραφότος Ἀλεξάνδρῳ, καὶ Πώρου, καὶ ἀναγνόντος αὐτῷ τοῦτο μάλιστα τὸ χωρίον ἡσθῆναι γεγραφῆς· (ἦσαν γὰρ χαλεπῶς τὰ μέγιστα ὑπὸ βασιλέως ὑπὸ ψευδόμενος ἀνδρείας τινὰς αὐτῷ, καὶ ἀναπλάττων ἔργα μείζω τῆς ἀληθείας) λαβὼν ἀναγνῶναι τὸ βιβλίον, (πλέοντες δ' ἐτύγχανον ἐν τῷ

14 Αριστοβούλου.] Ariſtobulus, ſicut ait *Voſſ.* inter comites Alexandri fuit: et poſt mortem Regis ſuam de rebus ab eo geſtis hiſtoriam perſcripſit, quemadmodum tradit *Arrianus* initio hiſtoriæ de expeditione Alexandri; ubi duos illos, Ariſtobulum hunc et Ptolemæum, Lagi filium, imprimis ſequi ſe velle profitetur. at enim quomodo fit ut quem commen-

rum enim propria quædam pulchritudo eſt. Horum vero ſi vices permutes, deforme idem, quia extra uſum ſuum, fuerit. Mitto dicere, laudes uni quidem forte jucundas, illi nempe, qui laudatur, cæteris vero graves, in primis ſi immodicos exceſſus habeant, quales vulgus *ſcribentium* facit, dum aucupantur eorum quos laudant benevolentiam, et in iis eo uſque morantur, donec manifeſtam omnibus adulationem efficiant. Neque enim arte hoc facere norunt, nec adulationem inumbrant. Sed facto impetu, conferta omnia et improbabilia, et nuda perſequuntur.

12. Adeo ut neque aſſequantur id quod maxime concupiſcunt. Qui enim ab ipſis laudantur, odio magis illos habent, et tanquam adulatorcs averſantur, bene illi quidem, maxime ſi virili *et magno* ſint animo. Quemadmodum, cum ſolitariam Alexandri cum Poro pugnam ſcripſiſſet Ariſtobulus, et illum maxime libri ſui locum ei prælegeret: putabat enim maximam ſe a Rege gratiam initurum, quod mentiendo fortia quædam facta illi adſtrueret, et opera fingeret vero majora: arreptum ille librum, commodum au-

dat Arrianus, eundem irrideat Lucianus? non exiſtimem cum *Solano* Ariſtobulum novam et ab hac diverſam ſcripſiſſe hiſtoriam: (parum enim veriſimile videtur ignavum adulatorem fieri poſtea ſcriptorem accuratum) ſed potius crediderim multa in illius hiſtoria viſa eſſe Arriano digna quæ ſumerentur. ſic *Horatius* de *Lucilio* ſati. IV. l. 1. *cum fluere lutulentus erat quod tollere velles.*

15 Πωρ.] Porus, Rex partis Indiæ quæ jacet inter flumen Hydaſpem et Aceſinem, ab Alexandro victus et interrogatus quomodo ſe vellet tractari, reſpondit *Regie*, rurſumque interrogatus, ecquid vellet præterea, omnia in *Regie* contineri addidit. miratus itaque Alexander magnanimitatem viri, majorem priſtina ditionem ei ſubdidit.

ποταμῷ τῷ Ὑδάσπει) ἔρριψεν ὑπὲ κεφαλὴν ἐς τὸ ὕδωρ, ἐπειπὼν, "ἢ σὲ δὲ οὕτως ἐχρὴν, ὦ Ἀλεξάνδρε, τοιαῦτα ὑπὲρ ἐμῦ μονομαχῆσαι, ἢ ἐλέφαντας, οἳ ἀκοντίῳ φονεύοντα." ἢ ἔμελλέ γε οὕτως ἀγανακτήσειν ὁ Ἀλέξανδρος, ὅς γε οὐδὲ τὴν τοῦ ἀρχιτέκτονος τόλμαν ἠνέσχετο, ὑποσχομένου τὸν Ἄθω εἰκόνα ποιήσειν αὐτῷ, ἢ μεταχοσμήσειν ὄρος ἐς ὁμοιότητα τῦ βασιλέως· ἀλλὰ κόλακα εὐθὺς ἐπιγνοὺς ἢ ἄνθρωπον, οὐκ ἔτ' ὤδ' ἐς τὰ ἄλλα ὁμοίως ἐχρῆτο.

Ποῦ τοίνυν τὸ τερπνὸν ἐν τούτοις, ἐκτὸς εἰ μή τις κωμῳδῆ ἀνέσεις εἶη, ὡς χαίρειν τὰ τοιαῦτα ἐπαινέμφος, ἢ τραγῳδὰς ἢ ἐλεγχοι; ὥσπερ οἱ ἄμορφοι τῶν ἀνθρώπων, καὶ μάλιστα γε τὰ γύναια τοῖς γραφεῦσιν παρακελεύόμενα ὡς καλλίους αὐτὰς γράφειν· οἴονται γὰρ ἄμεινον ἕξειν τὴν ὄψιν, ἢν ὁ γραφεὺς αὐταῖς ἐρύθημά τε πλεῖον ἐπαγήσῃ, ἢ ὃ λευκὸν ἐγκαλλαμίξῃ πολὺ ἢ φαρ-

1 Ὑδάσπην.] Hydaſpes magnus Indiæ fluvius, diverſus ab illo quem *Virg.* Georg. 4. nuncupat *Medum Hydaſpem*; is enim Medos alluit, et alter fuit terminus Alexandri victoriarum in India. Horat. Ode 22. l. 1. illum vocat *fabuloſum*. multa equidem de illo fabulantur; ut quod arenam volvat auream, quod Gemmas producat, quod tanto ſonitu vortices agat, undas colliđat, ſpumas attollat, ut remiges Alexandri, ſicut ait *Arri.* reddiderit attonitos et ſtupentes.

5 Ἀλεξάνδρου.] *Dinocratis* ſcilicet cujus hiſtoria ſcitu digna. is cum Alexandro innoteſcere cuperet, nec facilem ad eum aditum reperiret, ad hanc tandem artem confugit. unctus, et corona populea redimitus, pellem etiam Leoninam, cætera

tem in Hydaſpe fluvio navigabant, præcipitem in aquam abjecit, addens, *te quoque oportebat, Ariſtobule,* ita tractari, *qui iſtam pro me pugnam ſuſceperis, & jactu elephantos interficias.* Et debebat ita indignari Alexander, qui neque architecti conatum ferret, polliciti, ſe Athonem ſtatuam ipſius facturum, et in Regis ſimulacrum transformaturum eſſe montem. Sed adulatorem ſtatim hominem intelligens, non amplius illo, neque ad alia ſimiliter *ut antea* uſus eſt.

13. Ubi igitur in hiſce jucunditas, niſi ſi quis plane ſit ſtupidus, ut ſe in talibus laudari gaudeat, quorum e veſtigio oſtendi vanitas poſſit: ut homines deformes, præſertim mulierculæ, quæ pictoribus injungunt, ſe ut quam pulcherrimas pingant. Putant enim ſpecioſiores ſe futuras, ſi plus floridi ruboris pictor adhibeat, et album multum pigmento admiſ-

nudus, induit: eoque ornatu locum petit qua Alexandro iter futurum ſciebat. eo viſo rident cuncti, Alexander ipſe, novo ſpectaculo illectus, hominem alloquitur, et mox ſuſcipit. hinc tanta viri fortuna, quam ut aulicæ artes ædificaverant, ita adulatio nimia deinde ſubvertit. vid. *Vitruvium* in præf. at Plutarcho *Staſicrates* audit, non *Dinocrates*, ſed *Dinocratis* etiam nomine occurrit apud *Plin.* et *Strab.* vid. qui Alexandriam ab eo ad Chlamydis formam deſcriptam et conditam, meminerim prodidit. M. du S.

6 aſſur.] mons Græciæ in Macedonia, adeo altus ut umbram uſque ad Lemnum, vel Stalimene, paulo ante ſolis occaſum extendat. ὄρος δ' ὁ Ἄθως ἐστὶν ἀξιόλογον ὄρος καὶ ἐπιφανὲς ἐπιμηκέστατον εἰς τὸ πέλαγος ἐκπῖπτον ἀπὸ τῆς ἠπείρου καὶ τῆς Θρᾴκης, καὶ ὄρος γε, τῆς εἰς τὴν Μακεδονίαν ἀνατολῆς. *Strab. eſt Athos mons maximus, ſimilis, altiſſimus, altiſſimus, cujus vertice inſulæ vident ſolem orientem tribus horis ante eos qui ad littus maris degunt.* ibi eſt Athonus quem Xerxes, in Græciam bellum inferens, reſcidit ut tranſirent naves. Athonem hodie incolunt Græci monachi, qui *caloyeri* appellantur ex καλὸς *pulcher* et γῆρας *ſenectus*; hinc nomen. *Agio* dicti vel monte Santo ſortitus eſt Athon.

μέλειαν. τοῦτοι τ' συγγραφόντων οἱ πολλοί εἰσι τὸ τήμε-
ρον, καὶ τὸ ἰδιον, ἢ τὸ χρειῶδες, ὅ, τι ἂν ἐκ τῆς ἱσο-
ρίας ἐλπίσωσι, θεραπεύοντες. ὃς μισεῖσθαι καλῶς εἰ-
χεν, ἐς μὲν ὃ παρὸν, κόλακας ἀσθενῆς, καὶ ἀτεχνῶς
ὄντας· ἐς τοὐπιὸν δὲ, ὑποπτοι τοῖς ὑπερβολεῦσι τὴν
ἀλήθειαν ἀσαφαίνοντες. εἰ δέ τις πάντως τὸ
τερπνὸν ἠγεῖται καταμεμίχθαι δεῖν τῇ ἱσορίᾳ, πάσῃ τὰ
ἄλλα, ἃ σοὶ ἀληθείᾳ τερπνά ἐστιν ἐν τοῖς ἄλλοις καλ-
λεσι τοῦ λόγου· ὧν ἀμελήσαντες οἱ πολλοὶ, τὰ μηδὲν
προσήκοντα ἐπεισεκυκλοῦσιν.

Ἐγὼ δ' οὖν καὶ διηγήσομαι ὁπόσα μέμνημαι ἐναγ-
χος ἐν Ἰωνίᾳ συγγραφέων τινῶν, ἐν τῇ Δίᾳ, ἐν Ἀχαίᾳ
τοῦτο ἀκούσας τ' αὐτὸν τοῦτον πολέμιον διηγεμένων· καὶ
τοῖς Χαλδαίοις, μηδεὶς ἀπιστήσῃ τοῖς λεχθησομένοις, ὅτι
γὰρ ἀληθῆ ἐστι καὶ ἐπαμυσάμην, εἰ ἄσειον τ' ὄρχον ὀ-
πλέναι συγγράμματ' εἰς μέν τις αὐτῶν ἀπὸ Μυσῶν εὐ-
Εἰς δέ τις βέλτιος ἅπαντα ἐξ ἀρχῆς ἐς τέλος τὰ πεπραγμένα, ὅσα μὲν Ἀρμενίᾳ, ὅσα δὲ Συρίᾳ, ὅσα δὲ Μεσοποταμίᾳ, τὰ ὅπῃ τῷ Τίγρητι, τὰ δὲ Μηδίᾳ, πενταχοσίοις ἔτεσι πρεσβεύσας, συνέγραψε, καὶ τοῦτο ποιήσας, ἱστορίαν συγγεγραφέναι φησί. τὴν μέντοι ὑπογραφὴν ὀλίγῳ δεῖν μακροτέραν τῆς βιβλίου ἐπέγραψεν, "Ἀντιοχιανῆς τῆς Ἀπόλλωνος ἱερονίκου (δόλιχον γάρ που, οἶμαι, ἐν παισὶ νενικήκει) τῶν μὲν Ἀρμενίας, καὶ Μεσοποταμίας, καὶ Μηδίας Ῥωμαίοις νεῶν πραχθέντων ἀφήγησις."

Ἦδη δ' ἐγώ τινος καὶ τὰ μέλλοντα συγγεγραφότος ἤκουσα, καὶ τὴν λῆψιν Οὐολογέσου, καὶ τὴν Ὀσρόου σφαγὴν, ὡς προβληθήσεται τῷ λέοντι, ἐπὶ πᾶσι, τοῖς τριπόλιτον ἡμῖν θείαμεν· ὕτω πάνυ μαλακῶς ἅμα ἔχων, ἔπαυδεν ἤδη πρὸς τὸ τέλος τῆς γραφῆς. ἀλλὰ καὶ πόλιν ἤδη ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ ᾤκισε, μεγέθει τε μεγίστην· καὶ κάλλει καλλίστην· ἔτι μέντοι ὑπισχνεῖται, καὶ διαβουλεύεται, εἴτε Νίκαιαν αὐτὴν ἀπὸ τῆς νίκης χρὴ ὀνομάζεσθαι, εἴτε Ὁμόνοιαν, εἴτε Εἰρήνιαν· καὶ τοῦτο μὲ ἔτι ἀκ-

ſtruendorum nomina. Etenim, quaſi hoc ageret, *directam aciem* vocat *obliquum agmen: in cornu vero ducere* dicit, quod eſt *ducere in frontem.*

30. Unus autem aliquis præclariſſimus, res ab initio inde ad finem uſque geſtas omnes, quæcunque in Armenia, quæ in Syria, quæ in Meſopotamia, quæ ad Tigrim, quæ in Media *acta ſunt*, quingentis non totis verſibus complexus deſcripſit. Idque ubi fecit, hiſtoriam ait ſcripſiſſe. Titulum tamen, parum abeſt quin majorem libro, inſcripſit ejuſmodi; *Antiochiani, in ſacro Apollinis certamine victoris*, (curſu, credo, aliquando, puer vicerat) *eorum qui in Armenia, et Meſopotamia, et Media, a Romanis modo geſta ſunt, enarratio.*

31. Jam vero audivi etiam qui futurarum rerum hiſtoriam ſcripſerat, et captivitatem Vologeſi, et Oſrois cædem, ut leoni objiciendus ſit, et ſuper omnia deſideratiſſimum nobis triumphum. Sic vaticinantis ſimul furore inſtinctus ad finem jam ſcriptionis properavit. Verum etiam urbem jam in Meſopotamia condidit, *magnitudine maximam, et pulchritudine pulcherrimam*, illud vero adhuc conſiderat et conſulit, utrum *Victoriam* illam appellare fas ſit, an *Concordiam*, an *Paciferam.* Et iſtud quidem nondum judi-

4 κεφαλαια εξ αρχης.] habemus hic capita ſumma rerum in eo bello geſtarum. deleto enim in Armenia Severiano, Parthi, Syriam invaſerunt; unde a Caſſio ſummoti, propriis urbibus conſulere coacti ſunt, quarum tamen magna pars captæ et combuſtæ. in titulo quem ſtatim leges omiſſa eſt Syria. M. du S.

8 συγγεγραφηκεναι φησι. ita *Photius.* forte Antiochus Sophiſta Cilix, de quo *Philoſtratus* l. II. de vitis Sophiſtarum, ubi eam hiſtoriam ſcripſiſſe ait, monente *la Croze.*

21 Νικοπολιν.] qua ratione Nicopolis ab Auguſto poſt Actiacam pugnam condita. M. du S.

εἶδον, καὶ ἀνώνυμος ἡμῖν ἡ καλὴ πόλις ἐκείνη, λήθῃ πολλῇ καὶ κορύζης συγγραφικῆς γέμουσα. τὰ δ' ὑπὲρ Ἰνδοῖς στραχθησόμενα, ὑπέσχετο ἤδη γράψειν, ἢ τὸν πρὸς πλάγιον ἑῷον ἔξω θαλάσσης. καὶ οὐκ ὑπόσχεσις ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ πρόχειρον τῆς Ἰνδικῆς ἤδη συντέτακε. καὶ ὃ τέτον τάγμα, καὶ οἱ Κελτοὶ, καὶ Μαύρων μοῖρα ὀλίγη σὺν Κασσίῳ, πάντες οὗτοι ἐπεραιώθησε τὸν Ἰνδὸν ποταμόν· ὅ, τι δὲ πράξουσιν, ἢ πῶς δέξονται τὴν τῶν ἐλεφάντων ἐπέλασιν, οὐκ εἰς μακρὰν ἡμῖν ὁ θαυμασὸς συγγραφεὺς, ἀπὸ Μουζούεισ, ἢ ἀπ' Ὀξυδρακῶν ὑποτελεῖ.

Τοιαῦτα πολλὰ ὑπ' ἀπαιδευσίας ληρῶσι, τὰ μὲν ἀξιόρατα ὑθ' ὁρῶντες, ὑτ' εἰ βλέποιεν, κατ' ἀξίαν εἰπεῖν δυνάμθοι. ὑποδύντες ἦ, καὶ ἀναπλάττοντες, ὅτι ἥκει ἐπ' ἀκαιείμαν γλῶτταν, φασὶν, ἔλθῃ. καὶ ὑπὲ τῷ ἀριθμῷ τ βιβλίων ἔτι σεμνυνόμθοι, καὶ μάλιστα ἐπὶ ταῖς ἐπιγραφαῖς· καὶ γὰ αὖ καὶ αὗται παγγέλοιοι· "Ὁ δεῖνος Παρθικῶν νικῶν, τοσάδε." καὶ αὖ, "Παρθίδος τρῶτον, δεύτερον," ὡς Ἀλθίδος δηλονότι. ἄλλος ἀφειδέτερον παρα-

7 Κασσιω,] hic Caſſius eſt, inquit Solanus, qui poſtea perlato de morte Aurelii falſo nuntio, defecit, et imperium affectavit, neque ab incepto, cum vivere reſciſſet, oblata etiam venia, deſtitit.

10 απο Μουζυεισθ., η απ' Οξυδρακων.] de prima harum urbium omnino tacent geogra-

catum eſt, et adhuc ſine nomine nobis urbs illa pulcherrima, deliriis multis, et pituita mala atque muco hiſtorico oppleta. Ea vero quæ apud Indos aliquando gerentur, jam ſcripturum ſe recepit, externique maris circuitum. Neque iſta intra promiſſionem ſubſiſtunt, ſed procœmium Indicæ jam compoſitum eſt: ac tertia legio, et Galli, et Maurorum pars exigua duce Caſſio, omnes jam Indum flumen trajecerunt. Quid vero facturi ſint, aut elephantorum quomodo ſint impetum excepturi, ea non ita multo poſt nobis admirabilis ſcriptor Muzuride aut ab Oxydracis perſcribet.

32. Talia multa præ inſcitia delirant, qui digna viſu neque viderint, neque ſi viderint, explicare pro dignitate queant: excogitent vero et confingant, quidquid *in linguam* illam *importunam*, aiunt, venerit. Etiam in numero librorum honeſtatem quandam affectant, maxime ipſis in inſcriptionibus: nam rurſus hæ quoque perquam ridiculæ: Alicujus *Parthicarum victoriarum* tot *libri:* et rurſus *Parthidis primus, ſecundus*, nempe ut *Atthidis*. Alius multo etiam urba-

phi, ſed nullum eſt dubium quin in India poſita ſit, cum non procul ab Oxidracis illam memoret Lucianus. Oxidracæ enim (ſunt verba Strabonis) ſunt Indiæ populi, Bacchi genus, ut fertur, propter vites quæ apud eos naſcuntur, et Bacchicas pompas ſumptuoſas, et propterea quod eorum reges Caſtrenſem apparatum et cæteros exitus cum tympanis et ſtola floridi coloris, Bacchico more faciant, quod tamen apud Indos cæteros etiam uſitatum eſt.

16 σεμνυνομένοι.] ſuperbientes, gloriantes in numero librorum et titulis ſuæ hiſtoriæ.

19 Ἀτθίδος.] ſcripſerat *Philochorus* hiſtoriam, cui hoc nomen fecerat. vid. Pauſa. in Phoc. monente *Solano*.

πολύ. ἀνέγνων γὰρ Δημήτριου Σαγαλασέως Παρθονίκιά· ὧδ' ὡς ἂν γέλωτι ποιήσαιμι, καὶ ὑπισκῶψαι τὰς ἱστορίας ὅτι καλὰς ὄσας, ἀλλὰ τῷ χρησίμῳ ἕνεκα, ὡς ὅστις ἂν ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα φεύγῃ, πολὺ μέρος ἤδη ἐς τὸ ὀρθῶς συγγράφειν ὅτου προσείληφε· μᾶλλον δὲ ἀλίγων ἔτι προσδεῖται, εἴγε ἀληθὲς ἐκεῖνό φησιν ἡ Ἡγησιλεχίδη, ὡς τὸ ἀμέσων ἡ θατέρῳ ἅρσις, τὸ ἕτερον πάντως ἀπεισάγει.

Καὶ δὴ τὸ χρεῖον σοι φαίη τις ἂν ἀκριβῶς ἀνακεκαθάρται, καὶ αἵ τε ἄκανθαι, ὁπόσαι ἦσαν, καὶ βάτοι, ἐκκεκομμέναι εἰσί, τὰ δὴ τ' ἄλλων ἐρείπια, ἤδη ἐκπεφόρηται· καὶ εἴτι τραχὺ δή, καὶ τοῦτο λεῖόν ἐστιν. ὥστε οἰκοδομεῖν τι δεῖ ἤδη, καὶ αὐτὸν ὡς δείξῃς, οὐκ ἀνατρέψαι μόνον τὰ τῶν ἄλλων ἡμάδας ὤν, ἀλλά τι καὶ αὐτὸς ἐπινοῆσαι δεξιόν, καὶ ὁ σοφὸς ἂν, ἀλλ' ὧδ' ὁ Μῶμος μωμήσασθαι δύναιτο.

Φημὶ τοίνυν τὸν ἅριστα ἱστορίαν συγγράφοντα, δύο μὲν ταῦτα κορυφαιότατα οἴκοθεν ἔχοντα ἥκειν, σύνεσίν τε πολιτικὴν, καὶ δύναμιν ἑρμηνευτικήν· τὸ μὲν, ἀδιδακτόν πῃ τῆς φύσεως δῶρον· ἡ δύναμις δὴ, πολλῇ τῇ ἀσκήσει, καὶ συνεχεῖ δὴ πόνῳ, καὶ ζήλῳ τῶν ἀρχαίων προσγεγυμνέντα ἔστω· ταῦτα μὲν οὖν ἄπεχνα, καὶ σοὶ ἐμοῦ συμβούλου δεόμενα. ὁ γὰρ συνετὸς καὶ ὀξεῖς ἀποφαίνειν τοὺς μὴ παρὰ

nius. Legi enim Demetrii Sagalaſſenſis *Parthonicica*. Neque vero *eo iſta commemoro*, ut ridiculo habeam, et ludibrio traducam hiſtorias ita pulchras, verum utilitatis cauſſa: quandoquidem qui hæc et horum ſimilia fugerit, ille bonam jam partem ad recte ſcribendum adeptus eſt, vel potius pauçis adhuc indiget, ſi quidem vere illud Dialectica præcipit, *Eorum, inter quæ nihil eſt medium, alterius ſublationem contra inducere alterum.*

33. Et ſane area tibi, dicat aliquis, accurate purgata eſt, atque ſpinæ, quotquot erant, et rubi, exciſi ſunt: rudera aliorum jam elata, et ſi quid aſperum fuerat, jam leve eſt. Itaque jam ut aliquid ædifices opus eſt, utque te ipſum oſtendas, qui non evertere modo fortiter aliorum res poſſis, ſed aliquid ipſe etiam aptum excogitare, quodque nemo, ne ipſe quidem Momus poſſit reprehendere.

34. Aio igitur, eum, qui optime ſcripturus ſit hiſtoriam, duo quidem iſta maxime capitalia domo ad eam rem adferre debere, prudentiam civilem et vim eloquendi; alteram quidem ingenii munus, doceri neſcium. *Eloquendi* vero vis multa exercitatione, et perpetuo labore, et antiquorum æmulatione acquiſita ſit. Hæc quidem igitur artis expertia, neque meo indigentia conſilio. Neque enim prudentes atque

15 Μωμος.] Momus, noctis et ſomni filius, juxta *Heſiodum*; omnium Deorum et Dearum actionum reprehenſor perpetuus. unde hæc loquendi ratio *momo ſatisfacere* idem eſt ac placere ei cui nihil unquam jucundum ſit.

18 αυτοθεν.] ex ſe, ſuo ingenio, a natura.

τῆς φύσεως τοιάυτης φησὶ τοῦτο ἡμῖν τὸ βίβλιον· ἐπεὶ πολλοῦ ἂν, μᾶλλον δὲ οὐδαμοῦ ἦν ἄξιον, εἰ μεταπλάσαι καὶ μεταχοσμῆσαι τὰ τηλικαῦτα ἐδύνατο, ἢ οὐκ ἂν ἐλέφαντα χρυσοῦ ἀποφῆναι, ἢ ἄργυρον οὐκ ἀκαριτέρα, ἢ ἀπὸ Κόνωνος Τίτορμον, ἢ ἀπὸ Λεοτροφίδου Μίλωνα ἐξεργάσαιτο.

Ἀλλὰ τοῦ τὸ τῆς τέχνης καὶ τὸ τῆς συμβουλῆς χρήσιμον; οὐκ εἰς ποίησιν τῶν προσόντων, ἀλλ' εἰς χρῆσιν αὐτῶν τῷ προσήκουσαν· οἷόν τι ἀμέλει καὶ Ἰκκος, καὶ Ἡρόδικος, καὶ Θέων, καὶ εἴ τις ἄλλος γυμναστὴς ἦν ἐπόροιτο ἄν σοι τοῦτον Περδίκκαν ἀθλαβόλες, εἰ δὴ τοῦτός ἐστιν ὁ τῆ μητρυιᾶς ἐραθεὶς, καὶ ἀφ' ταῦτα καλεσκληκώς, ἀλλὰ μὴ Ἀντίοχος ὁ τοῦ Σελεύκου Στρατονίκης ἐκείνης, ἀποφαίνειν Ὀλυμπιονίκην, καὶ Θεαγένει τῷ Θασίῳ, ἢ Πολυδάμαντι τῷ Σκοτουσαίῳ ἀντίπαλον, ἀλλὰ τὴν δοθεῖσ' ἐπόθησιν εὐφυᾶ πρὸς ἐπιστοχὴν τῆ

4 ἢ ἀπο Κονωνος πτερμον, ἢ ἀπο Λεοτροφιδου Μιλωνα.] Ex hoc loco licet conjicere, Cononem illum famigeratum fuiſſe corpore parvum et exilem: nam et ille Leotrophides, qui Miloni opponitur, a comico Ariſtophane, in avibus, ut parvus et exilis traducitur, et ab ejus Scholiaſte ut talis notatur: de Titormo vero et ejus mirandis viribus vid. Ælian. L. XII. c. 22. P.

8 οιον τι αμελει κ. ικκος &c.] tota hæc phraſis uſque ad verba ωστε απιξω adeo obſcura viſa eſt omnibus Commentatoribus et interpretibus, ut plerique eorum illam corruptam pronuntiaverint. reipſa, difficile admodum videtur conjicere qua ratione Antiochus huc adducatur. nihil enim facit ad rem; ſed difficilius adhuc crediderim tot

acutos reddere eos qui a natura tales non ſunt, hic nobis libellus promittit: alioquin magni, quin quantivis eſſet pretii, ſi refingere, et inſtaurare talia poſſet, aut ex plumbo aurum facere, vel argentum de ſtanno, aut ex Conone Titormum, aut ex Leotrophide Milonem efficere.

35. Sed ubi artis et conſilii uſus eſt? non ad creanda quæ adeſſe debent, ſed ad uſum illorum convenientem. Sicut nempe etiam Iccus et Herodicus, et Theon, et ſi quis alius exercitor, non promiſerint tibi aſſumptum hunc Perdiccum (ſi modo hic eſt ille, qui novercæ ſuæ amore cum correptus eſſet, ob id ipſum contrabuit; non Antiochus Seleuci filius, Stratonicam illam deperiens) Olympiæ victorem reddere, et qui cum Thaſio Theagene, aut Polydamonte Scotuſſaeo comparari poſſit: verum *hoc promiſerit*, ſe datam ſibi materiem aptam natam recipiendæ illi exer-

verba ſpuria in textum irrepſiſſe. videndum, igitur, an nulla dari poſſit ſolutio hujuſce loci, ut hic extat. *Iccus*, *Herodicus* et *Theon* ſunt tres gymnaſtæ celebres quorum duo primi memorantur a *Platone* et *Plutarcho*. *Perdiccas* autem non eſt ille ſocius Alexandri magni, quem memorat Quin. Curt. at aliquis alius tempore Luciani notus, et ad rem athleticam parum aptus, de quo verisimile eſt (hæc enim ſuppoſitio unica via eſt qua hic locus poſſit fieri intelligibilis) eandem hiſtoriam narrari quæ de Antiocho. is fuit filius Seleuci Aſſyriorum Regis, qui novercam ſuam *Stratonicen* deperiens in languidum incidit morbum. *Theagenes* et *Polydamas* fuerunt athletæ robuſtiſſimi, Olympiacis victoriis clariſſimi, de quibus multa apud Plat. Pauſ. et Plutar. nunc Luciani ſenſus mihi videtur eſſe, *ars hiſtorica non poteſt virum Stolidum efficere prudentem ſcriptorem, neque gymnaſtica debilem Perdiccam, amore novercæ intabeſcentem, athletæ valido reddere parem.*

γυμναστικῆς παραπολὺ ἀμείνω ἀποφαίνειν μᾶλλον ἡ τέχνης. ὥστε ἀπέστω ἡμῶν ὁ ὀνείδιστον τοῦτο τῆς ὑποθέσεως, εἰ τέχνην φαμὲν ἐφ' ὅτῳ μεγάλῳ καὶ χαλεπῷ θεώμασι ἐφευρηκέναι. ὁ γὰρ ὀντιῶν παραλαβόντες, ἀποφαίνειν συγγραφέα φαμέν, ἀλλὰ τῇ φύσει σωφρονεστέρῳ, καὶ ἄειστα τοῖς λόγοις ἐπιμηθῆναι, ὑποδείξειν ὁδοὺς τινας ὀρθὰς, αἳ δὴ τοιαῦται φαίνονται, αἷς χρώμενος, ῥᾷστον ἂν καὶ εὐμαρέστατον τελέσειεν ἄχει ὃ τοῖς τὸ σκοπόν.

Καίτοι ὁ γὲ ἂν φαίης ἀπροσδεῆ τὸ σωφρονεῖν εἶ τῆς τέχνης, καὶ διδασκαλίας, ὧν ἀγνοῶ. ἐπεὶ καὶν ἀνιάλειπτος μὴ μαθὼν, καὶ ἄυλος, καὶ πάντα ἂν ἀπείρατος. νῦν ἢ μὴ μαθὼν, οὐκ ἔστι τι αὐτῶν χειρουργήσειεν. ὑποδείξαιτος δέ τινος, ῥᾷστά τε ἂν μάθοι, καὶ εὖ μεταχειρίσαιτο ἐφ' αὑτῷ.

Καὶ τοίνυν καὶ ἡμῖν τοιοῦτός τις ὁ μαθητὴς νῦν παραδίδοσθω, σωφρονεῖν τε, καὶ εἰπεῖν ὀρθῶς ἀφωνὴς, ἀλλ' ὀξὺς διανοεῖσθαι, οἷος ἂν θεάμασι χρήσασθαι ἂν, εἰ θεατρικὸς, καὶ γνώμῃσι θεατρικῶς, ἀλλὰ μὴ πολιτικῶς, καὶ ἐμπειρίαν θεατρικὴν ἔχειν, καὶ, νὴ Δία, καὶ σὺν θεαταῖς ποτε, καὶ γυμναζομένους ἢ παιζομένους θεατρικῶς, εὐρυθμικῶς, καὶ ὅπλα εἰδῶς, καὶ μηχανήματα ἔνια, καὶ τί ἐπὶ χέρας, καὶ τί ἐπὶ μετώπου, πῶς οἱ λόχοι, πῶς οἱ ἱππεῖς, ὁπόθεν, καὶ τί ἐξελαύνειν, ἢ πε-

citationum rationi, meliorem multo ope artis ſuæ redditurum. Itaque abſit a nobis etiam invidenda illa promiſſio, ſi artem nos dicamus rei ita magnæ atque difficili, reperiſſe. Neque enim hoc dicimus, nos quemcumque *de medio* arreptum reddituros hiſtoricum: ſed ei qui natura prudens, et optime ad dicendum exercitatus fuerit, oſtenſuros vias quaſdam rectas, ſiquidem tales videantur eæ, quas ingreſſus aliquis celerius faciliuſque perfecerit quæ oportet, atque ad ſcopum pervenerit.

36. Neque enim hoc dixeris, qui prudens ſit, eum nihil indigere arte ac diſciplina eorum, quæ ignorat: alioqui citharam etiam nemine docente pulſaret, et inflaret tibias, ac noſſet omnia. Jam vero ſine diſciplina nihil horum manibus effecerit. Verum ſi quis illi oſtendat; facileque diſcat, et bene *deinde* ſuo ipſe Marte tractet.

37. Itaque nobis etiam talis nunc tradatur diſcipulus, non ignavus ad intelligendum pariter ac dicendum; ſed acutum cernens, qui etiam negotia ipſa tractare, ſi præficiatur, poſſit, militaremque animum, ſed cum civili, etiam bellici ducis prudentiam habere: porro qui in caſtris aliquando fuerit, decurrenteſque aut ſtantes in acie milites viderit, armaque et machinas quaſdam norit, quidque ſit *in cornu*, quid *in frontem*, quomodo ordines quomodo equites, et unde? et quid ſit *procurrere*, aut *circumducere*: verbo,

ελαύνειν· καὶ ὅλως, ὑ τῶν καθοικιδίων τις, ὑδ' οἷος πιστεύειν μόνον τοῖς ἀπαγγέλλουσι.

Μάλιστα δὲ καὶ πρὸς τοὺς πάντων, ἐλεύθερος ἔστω τὴν γνώμην, καὶ μήτε φοβείσθω μηδένα, μηδὲ ἐλπιζέτω μηδέν· ἐπεὶ ὅμοιος ἔσται τοῖς φαύλοις δικασταῖς, πρὸς χάριν, ἢ πρὸς ἀπέχθειαν ὅτι μισθῷ δικάζουσιν. ἀλλὰ μὴ μελέτω αὐτῷ μήτε Φίλιππος ὀκκεκομμένος τὸ ὀφθαλμὸν ὑπὸ Ἀσέρος τοῦ Ἀμφιπολίτου τοῦ τοξότου ἐν Ὀλύνθῳ, ἀλλὰ τοιοῦτος οἷος ἦν διεγχθήσεται· μήτε Ἀλέξανδρος ἀνιάσεται ὅτι τῇ Κλείτου σφαγῇ, ὡμῶς ἐν τῷ συμποσίῳ ἡμυνάτην, εἰ σαφῶς ἀναγεγράφοιτο· οὐδὲ Κλέωνα αὐτὸν φοβήσει, μέγα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ δυνάμενος, καὶ κατέχων τὸ βῆμα, ὡς μὴ εἰπεῖν ὅτι ὀλέθριος καὶ μανικὸς ἄνθρωπος ὗτος ἦν· οὐδὲ ἡ σύμπασα πόλις τῶν Ἀθηναίων, ἢν τὰ ἐν Σικελίᾳ κακὰ ἱστορῇ, καὶ ὑπὸ Δη-

3 ἐξω τῶν γνωμῶν.] elliptica phrasis. ſubintellige κρατῶν: ἐλεύθερος ἐξω κρατῶν τῶν γνωμῶν, *liber ſit in animo.*

7 μητε Φιλιππος.] non ad *Olynthum*, Thraciæ civitatem, orbatum oculo Philippum narrant hiſtorici; ſed in obſidione *Methones*, urbis Macedoniæ. compendium hujus capitis eſt ut ſequitur. hiſtoricus, vir dignus qui ſic vocetur, clades æquæ ac victorias, infauſta non ſecus quam proſpera, ſine ira et ſtudio narrabit. oſtendet Philippum ſagitta vulneratum, et Alexandri manus amici ſanguine cruentatas; pinget violentum Cleonis animum, neque ulla ſpe, ullave metu deterrebitur quin veritatem, ut ut ſit, fortiter enuntiet.

7 μηδὲ Φιλιππος.] videtur ad picturæ rationem reſpicere Lucianus, et hoc indicare Philippo, poſt oculi cladem contigiſſe

detur nobis non aliquis qui domi deſideat, quique credat ſolum narrantibus.

38. Maxime vero et ante omnia, liber ſit animo, neque metuat quemquam, neque quidquam ſperet: alioqui malis judicibus ſimilis erit, ad gratiam aut ad inimicitias mercede jus dicentibus. Sed neque curæ ipſi ſit Philippus oculo privatus ab Aſtere Amphipolite ſagittario ad Olynthum; verum qualis eſt, talis oſtendetur: neque Alexander illum anget, de Cliti cæde crudeliter in convivio facta, ſi dilucide ſcribatur: neque Cleon illum terrebit, multum in concione valens, et regnans in judiciis, quo minus dicat pernicioſum furioſumque eſſe hominem: neque univerſa Athenienſium civitas, ſi Siculas clades

quod de Antigono narrat *Plinius. pinxit Appelles Antigoni regis imaginem altero lumine orbam, primus excogitata ratione vitia condendi: obliquam namque fecit, ut quod corpori deerat, picturæ potius deeſſe videretur: tantumque eam partem e facie oſtendit quam totam poterat oſtendere. meminit etiam Quintilianus* 2. 13. 12. J. M. G.

8. Αμφιπολιτε.] erat Amphipolis urbs Thraciæ.

10. Κλειτου] Clitus, amicus et ſocius Alexandri magni, ab eo Cæſus in Convivio. vid. *Plutar.* in Alex. vita, *Quint. Curt.* l. 4.

12. Κλεων.] Cleon Athenienſis, *Cleæneti* filius, omnium civium violentiſſimus, et dicendi poteſtate ita præditus ut quidquid vellet plebi facile perſuaderet. de illo multa paſſim in *Thucyd.* reperias.

14. ὡς ἡ συμπασα πολις &c.] *Demoſthenes* et *Nicias* duces in Sicilia fuerunt Athenienſium; at prorſus me latet cur Lucianus captum Demoſthenem, interfectum autem Niciam ſcripſerit, cum conſtet ex *Thucyd.* ambos in deditionem veniſſe, et poſtea mortem eis Syracuſanos intuliſſe. variæ fuerunt de morte eorum opiniones, nam *Juſtinus* l. IV. ait, ſicut notat *Solanus*, Demoſthenem ſibi ipſum intuliſſe manus, Niciam vero captum,

μαθόντας λῆψιν, καὶ τὴν Νικίου τελευτὴν, καὶ ὡς ἐδή-
ψων, καὶ οἷον ὃ ὕδωρ ἔπινον, καὶ ὡς ἐφονεύοντο πίνοντες
οἱ πολλοί· ἡγήσεται γὰρ (ὅπερ δικαιότατον) ὑπ' ἀδένος
τῶν γῦν ἐχόντων, αὐτὸς ἔξειν τὴν αἰτίαν, ἢν τὰ δυσχερῆ
ἢ ἀνοήτως γεγενημένα, ὡς ἐπράχθη διηγῆται. οὐ γὰρ
ποιητὴς αὐτῶν, ἀλλὰ μιμητής ἦν· ὥστε κἂν καταναυ-
μαχῶνται, τότε οὐκ ἐκεῖνο ὁ καταδύων ὄψει, κἂν
φεύγωσιν, οὐκ ἐκεῖνος ὁ διώκων· ἐκτὸς εἰ μὴ εὔξασθαι
δέον μή τι παρέλιπεν. ἐπεί τοί γε εἰ σιωπήσας αὐτά, ἢ
ὡς ἦν τἀναντίον εἰπών, ἐπανορθώσασθαι ἐδύνατο, ῥᾷον ἦν
ἐνὶ καλάμῳ λεπτῷ τὸν Θουκυδίδην ἀναπτέψαι μὲ τὸ ἐν
ταῖς Ἐπιπολαῖς παράλειμμα, καταδῦσαι τ' Ἑρμο-
κράτους τεῖχη, καὶ τὸν κατάρατον Γύλιππον ἀμφοτέρας
μεταξὺ ἀποτειχίζοντα, καὶ ἀποσφραγίζοντα τὰς ὁδούς· ἐς
πόλιν, Συρακουσίους μὲν εἰς τὰς λιθοτομίας ἐμβαλεῖν,
τοὺς δ' Ἀθηναίους ἀφοπλεῖν Σικελίαν, καὶ Ἰταλίαν, μὴ
τ' ἀφέντων δ' Ἀλκιβιάδου ἐλπίδων. ἀλλ', οἴμοι, τὰ μὲ

8 ἐκ. εἰ μὴ εὐξασθαι δέον μή τι παρέλιπεν.] *nisi forte cum opus esset votis, ea prætermiserit.* ita noster interpres. audi *Bened. nisi optandum erat ne quid prætermitteret.* et nunc *Marc. extra quam quod ei optandum nihil prætermisisse,* sive *ne quid prætermiserit.* O me miserum! qui neque hunc locum, neque tres illius interpretationes, possim intelligere.

12. Ἐπιπολαῖς.] Epipolæ, urbs Siciliæ suum est sortita nomen a situ, quod supra cætera loca emineat.

Ibid. Ἑρμοκράτους.] Hermocrates, Syracusanorum impera-

enarret, et Demoſthenis captivitatem, et mortem Niciæ, et ut ſitierint, et qualem aquam biberint, et ut inter bibendum cæſi ſint multi. Exiſtimabit enim, quod res eſt, a nemine ſano vitio ſibi datum iri, ſi, quæ infeliciter aut parum prudenter facta ſunt, ea quemadmodum contigere enarret. neque enim ipſe auctor illorum eſt, ſed index. Itaque cum navali prælio vincuntur, non ille eſt qui ſubmergit; et ſi fugiant, non ille qui tergis inſtat. Niſi forte, cum votis opus eſſet, ea prætermiſerit. Quandoquidem ſi tacendo illa, aut in contrarium narrando, corrigere potuiſſet; facillimum erat Thucydidi, tenui uno calamo evertere munitionem Epipolis impoſitam, et Hermocratis triremem ſubmergere, et execrabilem illum confodere Gylipum, dum munitionibus vias et foſſis intercludit: et tandem Syracuſanos quidem in Lautumias conjicere, Athenienſibus vero *hoc præſtare*, ut Siciliam atque Italiam, ſecundum primas ſpes Alcibiadis, navigatione complecterentur. Verum quæ

tor, vir prudens et fortis.

13. κατηρέλον Γυλιππον.] Gylipus, Cleandridæ filius, præfectus Syracuſanis a Lacedæmoniis miſſus. κατηρέλον comice vocat noſter, quod Athenienſibus, terra marique victis, et fugam, ut unicam ſalutis ſpem, meditantibus, viam obſtruxit; rivorum et fluviorum tranſitus cuſtodiens, et acie inſtructa in locis qua tranſituri videbantur Athenienſes. ita ut Demoſthenes et Nicias cum ſuis militibus, arma tradere coacti ſint. illos Syracuſani, invito Gylipo, poſtea necaverunt. vid. *Thucyd.* L. VII.

17 Αλκιβιαδὴς ἐλπιδων.] de ſpe Alcibiadis, ducis Athenienſium præſtantiſſimi, habet Thucyd. ἐλπιζων Σικελιαν τε και Καρχηδονα ληψεσθαι. ſperabat ſe Siciliam et Carthaginem capturum.

τραχθέντα, ὡδὶ Κλωθὼ ἂν ἔπι ἀνακλώσειεν, ὡδ' Ἄτροπος μεταστρέψειε.

Τῦ δὴ συγγραφέως ἔργον ἓν, ὡς ἐπεχθη εἰπεῖν. τοῦτο δ' οὐκ ἂν δύναιτο, ἄχρις ἂν ἡ φοβῆται Ἀρταξέρξην ἰατρὸς αὐτῦ ὢν, ἢ ἐλπίζῃ χλανδιν πορφυρῦν, ἢ τρεπτὸν χρυσῦν, καὶ ἵππον τῦ Νισαίων λήψεσθαι μισθὸν τ' ἐν τῇ γραφῇ ἐπαίνων. ἀλλ' ὁ Ξενοφῶν αὐτὸ ποιήσει, δίκαιος συγγραφεὺς, οὐδὲ Θουκυδίδης· ἀλλὰ καὶν ἰδίᾳ μισῇ τινας, τολὺ ἀναγκαιότερον ἡγήσεται τὸ κοινὸν, καὶ τὴν ἀλήθειαν πρὸ πλείονος ποιήσεται τῆς ἔχθρας· καὶν φιλῇ, ὅμως οὐκ ἀφέξεται ἁμαρτάνοντος. ἓν γὰρ, ὡς ἔφην, τῦτο ἴδιον ἱστορίας, καὶ μόνη δυτέον τῇ ἀληθείᾳ, εἴ τις ἱστορίαν γράψων ἴοι, τ' δ' ἄλλων ἁπάντων ἀμελητέον αὐτῷ. καὶ ὅλως, πῆχυς εἶς, καὶ μέτρον ἀκριβὲς, ἀποβλέπειν μὴ εἰς τὰς πῦ ἀκάνθας, ἀλλ' εἰς τὰς μὴ ταύτα σιωπωμένας τοῖς συγγράμμασιν.

Εἰ δέ ὅ πρόσωπόν τις θεραπεύοι, τῆς τῶν χολακευόντων μερίδος εἰκότως ἂν νομισθείη, ὃς πάλαι ἡ ἱστο-

4 Ἀρταξέρξου] teſtantur Hebræi ſcriptores nomen hoc Perſarum Regibus commune fuiſſe, perinde ac Cæſaris Romanorum imperatoribus. G. C.

5 ἰατρὸς.] *Cteſiam* tangit, Artaxerxis Mnemonis medicum, qui fabuloſa multa et adulatoria hiſtoriæ admiſcuerat, quo ſibi Regem ſuum conciliaret. videndus ea de re *Plutar.* in Artaxer. in initio. libros autem *Cteſiæ* periiſſe notum eſt. ſuperſunt tantum collectanea *Photii* in Bibliotheca. M. du S.

6 ἵππον τῦ Νισαίων.] Niſæa

facta ſunt, ea, puto, neque Clotho retro glomerare poteſt, neque retractare Atropos.

39. Hiſtorici autem unum opus, ut geſta ſunt ſingula, ita dicere. Hoc vero facere non poterit, quamdiu Artaxerxen metuet, cujus ſit Medicus, aut purpuream togam ſperabit, et torquem auream, et equum Niſæum accipere mercedem ſuarum in hiſtoria laudum. Verum Xenophon hoc non fecerit, juſtus ſcriptor, neque Thucydides; ſed licet privatim quoſdam oderit, multo *ſibi* magis neceſſariam judicabit rempublicam, et veritatem pluris faciet, quam inimicitias: et, ſi quem amet, tamen non parcet peccanti. Unum enim, ut dixi, hoc hiſtoriæ proprium eſt, et ſoli litandum veritati, ſi quis ad ſcribendam hiſtoriam accedat; reliquorum vero omnium cura abjicienda. Atque in univerſum, norma una, et menſura exacta hæc eſt, reſpicere non ad eos, qui nunc audiunt, ſed ad hos, qui poſt hæc in ſcriptis noſtris verſabuntur.

40. Si quis vero quod præſens eſt modo obſervet, adulatorum merito partibus adſcribitur, quos olim

regio eſt Partyenes haud procul Caſpiis montibus, ea equos præſtantiſſimos maximoſque aluit quibus Reges ipſi uterentur. Strab. l. 11. Plin. l. 6. c. 25. Plutar. in Pyrrho Niſæi equi meminit. G. C.

9 *μίση.*] Xenoph. hæc juxta ac Thucyd. innuunt, quorum uterque, factione civili in exilium acti, nihil tamen odii in inimicos, in hiſtoria, teſte omni antiquitate, admiſcuerunt. M. du S.

17. *τῶν κολακευόντων.*] reſpicit ad Socraticam illam ſive Platonicam artium diſtinctionem, qua illas omnes in *πολιτικὰς* et *κολακευτικὰς* dividebat, cujus etiam *fabius* meminerit inſtit. Orat. 2, 15, 25. ad eum locum, e Platonis Gorgia, quæ etiam hic ſufficere poſſunt, protulimus. J. M. G.

18 *ὡς πολλῷ ἡ ὑγρὰ.*] quantum ars comendi contraria et oppoſita eſt gymnaſticæ, tantum ars adulatoria hiſtoriæ diſſentanea et incongruens.

εἰα ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς ἀπέραντο, ἢ μεῖον ἢ κομμωτικὴν ἢ γυμναστικήν. Ἀλεξάνδρῳ γοῦν καὶ τοῦτο ἐπομνημονεύουσιν, "ὡς ἡδέως ἂν, ἔφη, παρὰ ὀλίγον ἀνεβίων, ὦ Ὀνησίκριτε, ἀποθανών, ὡς μάθοιμι ὅπως ταῦτα οἱ ἄνθρωποι τότε ἀναγινώσκουσιν. εἰ δὲ νῦν αὐτὰ ἐπαινοῦσι, καὶ ἀπάζονται, μὴ θαυμάσῃς· οἵονται γὰρ οὐ μικρῷ τινι τῷ δελέατι τούτῳ ἀναπαύσειν ἕκαστος τὴν παρ' ἡμῶν εὔνοιαν." Ὁμήρῳ γοῦν, καί τοι θεὸς τὸ μυθῶδες τὰ πλεῖστα συγγεγραφότι ὑπὲρ τοῦ Ἀχιλλέως, ἤδη τινὲς ἐπῄνησαν, μόνον τοῦτο εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἀληθείας μέγα τεκμήριον τιθέμενοι, ὅτι μὴ περὶ ζώντος ἔγραφεν. ἢ γὰρ εὐλαβήσεσθαι ἔτυπος ἕνεκα ἐψεύδετ' ἄν.

Τοιοῦτος οὖν μοι ὁ συγγραφεὺς ἔστω, ἄφοβος, ἀδέκαστος, ἐλεύθερος, παῤῥησίας καὶ ἀληθείας φίλος, ὡς ὁ Κωμικός φησι, τὰ σῦκα σῦκα, τὴν σκάφην δὲ, σκάφην ὀνομάζων, ἢ μισῶ, οὐδὲ φιλίᾳ νέμων, ἢ φειδόμενος, ἢ ἐλεῶν, ἢ αἰσχυνόμενος, ἢ δυσωπούμενος· ἴσος δικαστὴς εἶναι ἅπασιν, ἄχει τοῦ μὴ θατέρῳ τι ἐπονεῖμαι πλεῖον ἢ δέοντος· ξένος ὢν τοῖς βιβλίοις, καὶ ἄπολις, αὐτόνομος, ἀβασίλευτος, οὐ τί τῷδε, ἢ τῷδε δόξῃ λογιζόμενος, ἀλλὰ τὰ πέπρακται λέγων.

Ὁ δ' οὖν Θουκυδίδης εὖ μάλα τοῦδε ὁμολογήσει, ἢ

hiſtoria ab initio inde non minus, quam exercitatrix ars comptricem illam *mangonum* averſata eſt. Alexandri quidem illam quoque memorabilem vocem referunt, qui, *Lubens*, inquit, *Oneſicrite, vel ad parvum temporis ſpatium poſt mortem meam reviviſcerem, audiendi cauſſa quomodo iſta lecturi ſint, qui tum erunt homines. Nunc vero ea ſi laudant et amplectuntur, mirari noli: putant enim ea ſe non parva quadam eſca piſcaturos eſſe noſtram quiſque benevolentiam.* Homero ſane, licet fabuloſe pleraque ſcripſerit de Achille, jam ad credendum quidam inducuntur, ſolum illud ad veritatis demonſtrationem magnum ſignum ponentes, quod non de vivo ſcripſit. neque enim, cujus rei cauſſa mentiretur, inveniunt.

41. Talis igitur mihi ſit hiſtoricus, metus expers, incorruptus, liber, fiduciæ et veritatis amicus, qui, Comici verbo, *Ficum vocet ficum, ſcapham dicat ſcapham*: Non odio, neque amicitia tribuens *cuiquam quidquam*, non parcens, non miſericordia, aut pudore vel verecundia taſtus, judex æquus, benevolus omnibus eatenus, ne quid alteri juſto plus tribuat, hoſpes in libris *ſuis*, nullius civitatis, ſuis ipſe legibus vivens, regem agnoſcens nullum, non quid hic vel ille exiſtimaturus ſit reputans, ſed dicens quid factum ſit.

42. Non ſine cauſſa igitur hanc legem tulit Thu-

8 Oneſicrit.] ſcripſerat *Oneſicritus* Alexandri res geſtas, inquit *Salmas.*, eodem conſilio quo Xenophon Cyropœdiam ſuam, ad quam, tanquam exemplar, compoſuiſſe Alexandri laudes dicitur a *Suida* et *Laertio*. qua occaſione ſunt prolata Alexandri verba quæ hic leguntur. *Strabo* permulta ex ejus hiſtoria habet XV. XVI. *Plutar.* etiam in Alex.

15 Κωμικ.] Ariſtophanes.

διέκρινεν ἀρετήν, καὶ κακίαν συγγραφικήν, ὁρῶν μάλιστα θαυμαζόμενον τὸν Ἡρόδοτον, ἄχει τῷ ἀπὸ Μούσας κλιθῆναι αὐτῷ τὰ βιβλία· "κτῆμά τε γὰρ φησι μᾶλλον εἰς ἀεὶ συγγράφειν, ἢ πρὸς τὸ παρὰ ἀγώνισμα· καὶ μὴ τὸ μυθῶδες ἀπονάζεσθαι, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν τὸ γεγενημένον ἀπολείπειν τοῖς ὕστερον" καὶ ἐπάγει τὸ χρήσιμον, καὶ ὁ τέλος ἂν τις εὖ φρονῶν ἱστορίας ἰφείας, "ὡς εἴ ποτε καὶ αὖθις τὰ ὅμοια καταλάβοι, ἔχοιεν, "φησὶ" τοὺς τὰ τοιαῦτα ἀποβλέποντες, εὖ χρῆσθαι τοῖς ὡ πρεσί."

Καὶ τὴν μὲ γνώμην τοιαύτην ἔχων ὁ συγγραφεὺς ἡκέτω μοι· τὴν δὲ φωνὴν, καὶ τὴν τῆς ἑρμηνείας ἰσχὺν, τὴν μὲν σφοδρὰν ἐκείνην, καὶ κάρχαεσι, καὶ συνεχῆ ταῖς τραγῳδοῖς, καὶ ἀγκύλην ταῖς ὑποχειρήσεσι, καὶ τὴν ἄλλην τῆς ῥητορείας δεινότητα, μὴ κομιδῇ τεθηγμένος, ἀρχάθεν τῆς γραφῆς, ἀλλ' εἰρηκώτερον ἀφηκείμενος. καὶ ὁ μὲν νοῦς σύντομος ἔστω καὶ πυκνὸς, ἡ λέξις δὲ, σαφὴς καὶ πολιτικὴ, οἷα ὑπομνήσασθαι ἁπλῶν ὁ ὑποκείμενον.

3 Κτῆμα.] verba Thucydidis ſic habent; κτῆμα τε ἐς αἰεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκοῦσαι ξυγκείται. Elegans eſt antitheſis vocabulorum, ait *Reitzius*, ἐς αἰεὶ et ἐς τὸ παραχρῆμα, in perpetuum et in præſens: ſic κτῆμα et ἀγώνισμα. κτῆμα enim eſt res ipſa quæ ſervatur et poſſidetur; veritas, hiſtoria vera; ἀγώνισμα autem ἐς τὸ παραχρῆμα, vel ut eſt apud Lucianum, ἐς τὸ παρὸν, eſt opus leve, ad hoc compoſitum, in-

cydides, virtutemque et vitium hiſtorici diſtinxit, cum maxima in admiratione videret eſſe Herodotum, adeo ut Muſarum etiam nominibus libri illius vocarentur. *Poſſeſſionem* enim *potius in perpetuum* ſcribere ſe ait, *quam commiſſionem quæ in præſens tantum placeat: neque fabuloſitatem ſibi probari, ſed verum de factis poſteritati ſe relinquere:* ſubjungitque utilitatem, quemque finem, ſi quis recte ſapiat, conſtituat hiſtoriæ: *ut ſi quando rurſus, ſimilia ingruant, habeant,* inquit, *reſpicientes ad ea quæ olim ſcripta ſunt, quomodo recte utantur præſentibus.*

43. Ac talem quidem habens animum hiſtoricus mihi detur. Quantum vero ad linguam, et eloquendi facultatem *attinet*, vehementi quidem illa atque aſpera, et periodis continua, et argumentis contorta, cæteraque vi oratoria, non admodum acutus *et inborreſcens*, ſed placide magis affectus, ad ſcribendum accedat. Ac ſententiæ quidem ſint denſæ et crebræ: dictio autem dilucida, et civilis, quæ quam clariſſime deſignet materiam.

quit *Geſnerus*, ut in Olympiorum celebritate recitatum, plauſus et victoriam auctori ſuo pararet. quod genus *Commiſſiones* vocari conſtat e *Sueton.* Calig. c. 53. ubi hoc ipſum Thucydidis ἀγώνισμα hac voce reddendum *Caſaubonus* oſtendit. Thucydides vult hiſtoriam eſſe *poſſeſſionem*, hoc eſt monumentum perpetuum, deſpicit autem fragile ſcriptum quod brevi effluat e memoria.

17 ἡ λέξις δὲ, σαφὴς καὶ πολιτικὴ.] Recte *Mycillus* vertit *dictio civilis*, ſeu politica, quali utuntur in comitiis, in concionibus in ſenatu, in judiciis, viri qui in Republica verſantur. *Seneca Contro.* 8. l. 1. *dixit rem paullo elatiorem quam preſſo et civilis oratio recipit.* Hermogenes tribuit Demoſtheni imprimis politicam dictionem, l. 1. c. 1. περὶ ἰδέων. ὁ τοίνυν Δημοσθένης, ὁ, τινὲς πολιτικὸν ἄν, τοῦ

Ὡς ἡδ τῇ γνώμῃ τῆς συγγραφέως σκοπὸν ὑποθέμεθα, παῤῥησίαν καὶ ἀλήθειαν, ὅτω δὲ καὶ τῇ φωνῇ αὐτῆς, εἰς σκοπὸς ὁ σοφὸς, σαφῶς δηλῶσαι, καὶ φανότατα ἐμφανίσαι ὃ σοφὸν, μήτε ἀπορρήτοις, καὶ ἔξω πάσης ὑπονοίας, μήτε τοῖς ἀγοραίοις τούτοις καὶ καπηλικοῖς, ἀλλ' ὡς μὲν τὰς πολλὰς συνιέναι, τὰς δὲ πεπαιδευμένας ἐπαινέσαι. καὶ μὴν καὶ σχήμασι κεκοσμήσθω ἀναπαχθέσι, καὶ ὃ ἀναπιστότατον μάλιστα ἔχουσι· ἐπεὶ τοῖς καταπεπτωκόσι τὴν ζωγραφίαν ἐοικάζει, ἀποφαίνει τοὺς λόγους.

Καὶ ἡ μὲν γνώμη κοινωνείτω, καὶ προσαπέσθω τι καὶ ποιητικῆς, παρ' ὅσον μεγαλήγορος, καὶ δραματικὴ καὶ ὀχληρά, καὶ μάλιστ' ὅταν παρατάξεσι, καὶ μάχαις, καὶ ναυμαχίαις, συμπλέκηται, δεινὴ γὰρ τότε ποιητῆς τοὺς ἀνέμους ἐπεγειάσαντος τὰ ἀκάτια, καὶ συνδιοίσοντος ὑφηλὴν, καὶ ἐπ' ἄκρων τῶν κυμάτων τὴν ναῦν. ἡ λέξις δ' ὅμως ὀπὶ γῆς βεβηκέτω, ἧς μὲν καλλιὰ καὶ τὸ μεγαθος τῶν λεγομένων συνεπαιρομένη, καὶ ὡς ἐπὶ μάλιστα ὁμοιουμένη, μὴ ξενίζουσα δὲ, μηδ' ὑπὲρ τὸ χαμερὲς ὀθυσιῶσα· κίνδυνος γὰρ αὐτῇ τότε μέγιστος ἀναπεπτῶσαι, καὶ καταπεσεῖσθαι ἐς τὸν τῆς ποιητικῆς κορύβαντα. ὅστε μάλιστα πειστέον τοιαύτα τῷ χαλινῷ, καὶ σωφρονιστέον, εἰδότας, ὡς ἱππότυ-

44. Quemadmodum enim animo ſcriptoris metas poſuimus dicendi libertatem et veritatem: ita et linguæ illius *ſeu dictioni*, ſcopus unus primus, dilucide explicare, et clariſſime rem declarare, neque ſecretis, et remotis ab uſu nominibus, neque hiſce de media turba vel de caupona *ſumtis*, ſed quæ vulgus intelligat, laudent eruditi. Verum figuris quoque ornata ſit non nimium turgidis, et quæ minime videantur, quæſitæ: alioqui offis per nimia condimenta corruptis ſimilem orationem faciunt.

45. Ac mens quidem *hiſtorici* participet aliquid, adſciſcatque ſibi, poëtices, quatenus magnificis ipſa quoque verbis utitur atque elata et, eſt maxime cum aciebus, et pugnis, et navalibus præliis, implicatur. Opus enim tum erit poëtico quodam ſpiritu, qui ſecundo flatu vela impleat, celſamque per ſummos fluctus navim perferat. Dictio tamen humi incedat, quæ cum pulchritudine dicendorum et magnitudine attollatur, et quantum ejus licet, exæquetur, interim in peregrinitatem non exeat, neque ultra quam opportunum eſt, fanatico quodam ſpiritu efferatur. Tum enim maximum periculum eſt, ne extra numeros moveatur, et in poëticum furorem incidat. Itaque tum inprimis exaudiendæ ſunt habenæ, et ſobrietati

πολιτικὸν περίοδον τὸ μὲν, ὡς ἁπλῶς πάντων ἄκρον πολιτικοῦ τοῦ μίξαι. *Demoſthenes, id quod præcipuum fuit, cum accurate genus orationis politicæ excoluiſſet, omnia quoque genera exequitur; ubique ea miſcens.* de politico hoc dicendi genere multis accurate agit Hermogenes in libro ſecundo c. 10. et ſequentibus. ei opponitur σοφιστικὴ καὶ λαλογραφικὴ λέξις, *Scholaſtica* et *declamatoria dictio*; ab ea quoque Hermogenes diſtinxit ἀγωνίου καὶ πανηγυρικοῦ, *forenſe et panegyricum*, quod tamen quomodo πολιτικῷ miſceatur pulchre docet.

φία τις, καὶ ἐν λόγοις πάθος ὑ μικρὸν γίγνεται. ἄμεινον οὖν ἐφ' ἵππυ ὀχυμβύη τότε τῇ γνώμῃ, τὴν ἑρμηνείαν πεζῇ συμπαραθεῖν, ἐχομένην τῦ ἑφιππίυ, ὡς μὴ ἀπολείπειν τῆς φορᾶς.

Καὶ μὴν ἡ συνθήκη τῶν ὀνομάτων εὐκράλῳ ἡ μέσῃ χρηστέον, οὔτε ἄγαν ἀφιζάντα, καὶ ἀπαρτῶντα (τεχνῦ γὰ) ὅτι ῥυθμῷ παρ' ὀλίγον, ὡς οἱ πολλοὶ, συνάπτοντα. ὃ μὲ γὰρ ἐπαίρειν, ὃ δ' ἀκρὲς τοῖς ἀκούσι.

Τὰ δὲ τραύματα αὐτὰ, ὐχ ὡς ἔτυχε συναπτέον, ἀλλὰ φιλοπόνως καὶ ταλαιπώρως, πολλάκις δὲ τῶν αὐτῶν ἀναλείποντα, ἡ μάλιστα μὲν παρόντα, ἡ ἐφορᾶντα. εἰ δ' μὴ, τοῖς ἀδιαφθόροις ἐξηγυμένοις προσέχοντα, ἡ οἷς εἰκάσειεν ἄν τις, ἥκιστα τρὸς χάριν ἢ ἀπέχθειαν ἀφαιρήσειν, ἢ προσθήσειν τοῖς γεγονόσι. καὶνταῦθα δὴ καὶ φοβερός τις, καὶ συνθετικὸς τοῦ πιθανωτέρου ἔτω.

Καὶ ἐπειδὰν ἀθροίσῃ ἅπαντα, ἢ τὰ πλεῖστα, τρῶτα

C. 46. Cicero de Oratore l. II. habet hæc verba de ſtilo hiſtorico. "verborum autem ratio, et genus orationis fuſum atque tractum, et cum lenitate quadam æquabili profluens, ſine hac judiciali aſperitate, et ſine ſententiarum forenſium aculeis, perſequendum eſt." idem l. III. hunc locum et ſupra caput 44. mirifice explanat his verbis: "verbis uſitatis, ac proprie demonſtrantibus ea, quæ ſignificari ac declarari volemus, ſine ambiguo verbo aut ſermone, non nimis longa

ſtudendum, cogitantes eſſe ut equorum, ita etiam orationis morbum non parvum nimiam ferociam. Optimum igitur tum fuerit, uti mentem velut equo vectam, pedeſtri curſu comitetur elocutio, prehenſo ephippio, ne ab impetu *equi* deſtituatur.

46. Verum compoſitione etiam verborum temperata et media utendum, ut ea neque nimis diſtrahas et dimoveas, aſperum enim; neque rythmo pene, ut plerique, concludas: quorum hoc quidem vitioſum eſt, illud vero inſuave audientibus.

47. Res autem ipſas non temere connectere oportet, ſed cum labore et ærumnabili quadam diligentia, inſtituto ſæpius de iiſdem judicio. Et maxime quidem, quæ quis ipſe præſens inſpexit, *ſcribet*; ſin vero minus, fidem illis habeat, qui narrant incorruptius, et quos conjiciat aliquis minime ad gratiam vel odii cauſſa ſubtrahere quidquam rebus geſtis vel adjicere. Et hic jam ad conjecturam acutus ſit, et qui argumentis elicere quid ſit probabilius queat.

48. Et cum collegerit omnia aut pleraque, primo

continuatione, (*a*) non valde productis iis, quæ ſimilitudinis cauſa ex aliis rebus transferuntur, non diſcerptis ſententiis, non præpoſteris temporibus, non confuſis perſonis, non perturbato ordine."

10 ἀλλα.] ut abſoluta ſit ſententia ſubintelligendum eſt δει αὐτον, ſic: ἀλλα δει αὐτον φιλο-πονως &c. ſenſus eſt: *non temere congerendæ ſunt Res, ſed Oportet hiſtoricum de illis ſæpius interrogare eos qui adfuerunt et viderunt*; ει δε μη ſin minus, hoc eſt, *ſi nullus ſit teſtis oculatus quem poſſit interrogare, oportet eum fidem adhibere illis qui &c.*

(*a*) metaphoris et allegoriis non diu continuatis,

μὲν ὑποσύμπημά τι συνυφαινέτω αὐτῶν, ἢ σῶμα. τοιείτω ἀκριλλὲς ἔτι, καὶ ἀδιάρθρωτον. εἶτα ὀρθοῦς τὴν τάξιν, ἐπεγέτω τὸ κάλλος, καὶ χρωννύτω τῇ λέξει, ἢ χρηματιζέτω, ἢ ῥυθμιζέτω.

Καὶ ὅλως, ἐοικέτω τότε ὃ τοῦ Ὁμήρου Διΐ, ἅρπι μὲν τὴν ἱππόβοτον Θρηϊκῶν γῆν ὁρῶντι, ἄρλι δὲ τὴν Μυσῶν. ἢ ταῦτα γὰρ καὶ αὐτὸς, ἅρπι μὲν τὰ Ῥωμαίων ἰδία ὁράτω, καὶ δηλούτω ἡμῖν οἷα ἐφαίνετο αὐτῷ ἀφ' ὑψηλοῦ ὁρῶντι, ἄρλι δὲ τὰ Περσῶν, εἴτ' ἀμφότερα, εἰ μάχοιντο. ἢ ἐν αὐτῇ ἢ τῇ ὠδῇ τάξει, μὴ πᾶσι ἐν μέρεσι ὁράτω, μηδ' ἐς ἕνα ἱππέα, ἢ πεζὸν, εἰ μὴ Βρασίδας τις εἴη προπηδῶν, ἢ Δημοσθένης ἀναπόβλητον τὸν ὄκθασιν. ἐς τοὺς στρατηγοὺς μὲ τὰ πρῶτα, ἢ εἴ τι πρὸς ἐλύσαντο, κἀκεῖνο ἀκουέτω, ἢ ὅπως, καὶ ἢ τινι γνώμῃ, ἕκαστοι ἔταξαν. ἐπειδὰν δὲ ἀπαμιχθῶσι, κοινὴ ἔστω ἡ θέα, καὶ ζυγοστατείτω τότε, ὥσπερ ἐν τῳ τάλαντῳ τὰ γιγνόμενα, καὶ συνδιακέτω, καὶ συμφευγέτω.

Καὶ πᾶσι τούτοις μέτριον ἐπέστω, μὴ ἐς κόρον, μηδ' ἀπειροκάλως, μηδὲ νεαρῶς, ἀλλὰ ῥᾳδίως ἀπολυέσθω· καὶ φήσας ὀνταῦθά πῃ ταῦτα, ἐπ' ἐκεῖνα μεταβαινέτω, ἢν καιρὸς ᾖ· εἶτα ἐπανίτω λυθεὶς ὁπόταν ἐκεῖνα καλῇ· καὶ τοῖς πάντα ἀπευθέτω, καὶ ὡς δυνατὸν,

quidem commentarium quoddam illorum contexat et corpus faciat informe adhuc, et artubus ſuis nondum diſtinctum. Tum ordine adjecto pulchritudinem inducat, et dictionis colorem addat, et orationem rebus accommodet, et compoſitioni ſtudeat.

49. Et omnino tum Homerico illi Jovi ſimilis ſit, nunc quidem equeſtrium Thracum adſpicienti terram, nunc vero Myſorum. Eadem enim ratione ipſe quoque jam res Romanorum ſingulatim inſpiciat, et, quales ſibi viſæ ſint ex alto contemplanti, enarret; jam vero Perſarum: tum utraſque, ſi pugnent; et in ipſa adeo acie non ad unam partem reſpiciat, neque ad unum equitem vel peditem, niſi forte Braſidas aliquis proſiliat, aut Demoſthenes exſcenſum prohibeat: ad duces quidem primum; et, ſi quid illi imperent, illud quoque audiat, et quomodo, et qua mente, et conſilio injunxerint. Poſtquam vero ad manus ventum, commune ſit ſpectaculum, et quaſi trutina ſuſpendat quæcunque geruntur: et perſequentes comitetur, et fugientes.

50. Et modo adſit hiſce omnibus, ne ad ſatietatem, neque imperite, neque juveniliter *narret*; ſed cum facilitate ſe quadam expediat, et certo quodam loco his conſtitutis, ad illa, ſi urgeant, tranſeat: tum redeat exſolutus ubi iſta vocaverint, feſtinetque

4 χαμαιζηλα.] lege omnino χαμαιζηλα, non χαι — quod tamen omnes libri præ ſe ferunt. M. du S.

11 Βρασιδας.] Reſpicit ad Thucyd. IV. 12. ubi Lacedæmonius Braſidas exſcendere conatur in munitiones Athenienſium, ad Pylum, prohibente Demoſthene.

17 συνθετικως, και συμφερουσα.] non omittat hiſtoricus enarrare quæ perſequentibus, quæ fugientibus, acciderint.

ὁμοχρονείτω, ἢ μεταπετέσθω ἀπ' Ἀρμωνίας μὲ εἰς Μηδίαν, ἐκεῖθεν ἢ ῥοιζήματι ἑνὶ, εἰς Ἰθηείαν, εἶτα εἰς Ἰταλίαν, ὡς μηδενὸς χαιρῶ ἀπολείποιτο,

Μάλιστα δὲ κατόπιν ἐοικυῖαν ἁρμόττεσθω ἡ γάμμιν, ἀθόλῳ, καὶ γιλπνῷ, καὶ ἀκριβεῖ ὁ κέντρον· καὶ ὁποίας ἂν δέξηται τὰς μορφὰς τῶν ἔργων, τοιαῦτα καὶ δεικνύτω αὐτὰ, ἁβρότροφον ἢ, ἢ ἁρμόττεσθω, ἢ ἑτερόχημον, μηδέν· ὑ γὰρ ὥσπερ τοῖς ῥήτορσι γράφουσιν, ἀλλὰ τὰ μὲν λεχθησόμενά ἐστι, καὶ εἰρήσεται· πέπρακται γὰρ ἤδη, δεῖ ἢ τάξαι, καὶ εἰπεῖν αὐτά· ὥστε, οὐ τί εἴπωσι ζητητέον αὐτοῖς, ἀλλ' ὅπως εἴπωσιν. ὅλως ἢ, νομιστέον τὴν ἱστορίαν συγγράφοντα, Φειδίᾳ ἢ Πραξιτέλει χρῆσθαι ἐοικέναι, ἢ Ἀλκαμένει, ἢ τῷ ἄλλῳ ἐκείνων. ὁδὲ γὰρ ὑφ' ἑκεῖνοι χρυσὸν, ἢ ἄργυρον, ἢ ἐλέφαντα, ἢ ἡ ἄλλην ὕλην ἐποίουν· ἀλλ' ἡ μὲ ὑπῆρχε, καὶ παρεσκεύαστο, Ἠλείων, ἢ Ἀθηναίων, ἢ Ἀργείων πεποιημένων. ἃ δὲ ἔπλαττον μόνον, καὶ ἔπειον τὸ ἐλέφαντα, καὶ ἔξεον, καὶ ἐκόλλων, καὶ ἐρρύθμιζον, καὶ ἐπήνθιζον ᾧ χρυσῷ. καὶ τοῦτο ἦν ἡ

1 ομοχρονειτω.] muſicorum eſt vocabulum, cum vox et cithara, ſuos quæque tonos ſervantes, concentum edunt, quem pro lubitu modos faciens edi voluit; quod fit dum utrinquè tempus ſedulo tono cuique aſſignatur, quod a διδασκάλῳ imperatum eſt, aut breve, aut longum, aut diviſum. M. du S.

5 κεντρον.] non verisimile videtur Lucianum κεντρον per ig-

ad omnia, et quantum poteſt, eodem cum ipſis temporibus veſtigio procedat, tranſvoletque ab Armenia quidem in Mediam, inde vero ſtridentibus velut alis in Iberiam, inde in Italiam, ut nullum non tempus conſequatur.

51. Maxime vero ſpeculo ſimilem præbeat animum, nihil turbido, et ſplendido et centri exacti: qualeſque acceperit operum ſpecies, tales etiam illas oſtendat: perverſum vero, aut alieni coloris, aut figuræ diverſæ, nihil. Neque enim ut eloquentiæ magiſtris ſcribunt *hiſtorici:* ſed dicenda *præſto* ſunt, et dicentur *omnino*; jam enim facta ſunt. Oportet autem ordinare illa atque dicere. Itaque non quid dicant, quærendum eis eſt, ſed quomodo dicant. In univerſum vero putandum eſt, hiſtoriæ ſcriptorem Phidiæ aut Praxiteli ſimilem eſſe debere, aut Alcameni, aut cuidam alii ex eo numero. Neque enim illi aurum, aut argentum, aut ebur, aut aliam materiam faciebant: verum illa quidem aderat, et ſubjecta illis erat, Elienſibus, aut Athenienſibus, aut Argivis ſuppeditantibus: at ipſi formabant tantum, et ſecabant ebur, poliebantque, et conglutinabant, et concinnabant, et auri velut florem inducebant: ea-

norantiam mathematicam dixiſſe. ejus enim ætate notum erat ſpecula, in quibus centrum habet accuratum locum, convexa ſcilicet et concava, imagines reddere prorſus diſſimiles, conjicio igitur per κανόνα generaliter tantum opificis ἀκρίβειαν intellexiſſe, ut *ad amuſſim, ad normam* dicimus, pro *accurate*, ſicut *Reitzius* notat.

12. Φειδ. Πραξ. Αλκα.] tres celeberrimi ſtatuarii, de quibus multa apud Pau. Plin. et Plutar. ἐλεφαντα, pro ebore. ſic Virg. *ſectoque elephanto* et Hom. non ſemel. erat Eburnea ſtatua Jovis Olympii, notat *Solanus*, et Eleenſis Uraniæ. de priori teſtatur *Plin.* XXXIV. 19.

τέχνη αὐτῶν, ἐς δέον οἰκονομήσαι τ ὕλην. τοῦτο δή τοι καὶ ὃ δὴ συγγραφέως ἔργον, εἰς καλὸν διαθέσθαι τὰ πεπραγμένα, καὶ εἰς δύναμιν ἐναργέστατα ὑποδεῖξαι αὐτά. καὶ ὅταν τις ἀκροώμενος οἴηται μὴ ταῦτα ὁρᾶν τὰ λεγόμενα, καὶ μὴ τοῦτο ἐπαινῇ, τότε δὴ τότε ἀπικρίνω, καὶ τ οἰκεῖον ἔπαινον ἀπείληφε ὃ ἔργον παρὰ τ ἱστορίας Φειδίας.

Πάντων δὲ ἤδη παρεσκευασμένων, καὶ ἀπεροιμίαστον μέν ποτε ποιήσεται τ ἀρχήν, ὅπως μὴ πάνυ καταπείγῃ ὃ πεπραγμένα, προδιοικήσασθαί τι δὲ ὧν προοιμίου· δυνάμει δ' καὶ τότε προοιμίου χρήσεται, ὧν ἀποσαφοῦντι περὶ τ λεκτέων.

Ὁπόθεν δὲ καὶ προοιμάζηται, ἀπὸ δυοῖν μάνοιν ἄρξεται, οὐχ ὥσπερ οἱ ῥήτορες ἀπὸ τριῶν, ἀλλὰ ὃ τῆς εὐνοίας παρείς, προσοχὴν ἢ εὐμάθειαν εὐποιήσῃ τοῖς ἀκούουσι. προσέξουσι μὲ γὰρ αὐτῷ, ἢν δείξῃ ὡς περὶ μεγάλων, ἢ ἀναγκαίων, ἢ οἰκείων, ἢ χρησίμων ἐρᾷ. εὐμαθῆ δὲ καὶ σαφῆ τὰ ὕστερα ποιήσῃ, τὰς αἰτίας προεκτιθέμενος, καὶ προειρίζων τὰ κεφάλαια τ γεγραμμένων.

Τοιούτοις προοιμίοις οἱ ἄριστοι τῶν συγγραφέων ἐχρήσαντο· Ἡρόδοτος μέν, "ὡς μὴ τὰ γενόμενα ἐξίτηλα ἐκ χρόνῳ γένηται, μεγάλα καὶ θαυμαστὰ ἔργα, καὶ ταῦτα, τὰ μὲν Ἕλλησιν ἀποδεχθέντα, τὰ δὲ βαρβάροις ἀποφανθέντα," θυ-

que ipſa illorum ars erat, materiam, prout opus erat, diſponere. Tale igitur etiam opus hiſtorici, cum ornatu diſponere res geſtas, et quam poteſt lucidiſſime eas demonſtrare. Et ubi, qui audiit, poſtea putat ſe vidiſſe ea quæ dicuntur, et poſtea laudat, tunc ſane tunc elaboratum accurate, et propriam ſibi laudem conſecutum eſt opus hiſtorico noſtro Phidiæ.

52. Omnibus autem jam paratis, et ſine procemio nonnunquam incipiet, cum res ipſa non valde poſtulabit præſtrui quidquam in procemio. Vim quidem ipſam procemii tum quoque adhibebit, quod ea quæ dicenda ſunt declaret.

53. Quum vero utetur procemio, a duobus tantum exordietur, non ut oratores a tribus; ſed omiſſo illo quod ad benevolentiam pertinet, attentionem ac docilitatem *in* auditoribus parabit. Attendent illi, ſi oſtenderit, ſe de magnis, aut neceſſariis, aut domeſticis, aut utilibus dicturum: docilem autem, et ea quæ ſequuntur dilucida reddet, exponendis ante cauſſis, et præfiniendis rerum geſtarum *quibuſdam* capitibus.

54. Talibus procemiis optimi hiſtoricorum uſi ſunt: Herodotus quidem, *ne res geſtæ ipſo tempore evaneſcant, magnæ cum ſint atque admirabiles, æque Græcas victorias indicent, et clades barbarorum*: Thu-

17 εὐμαθῆ.] male noſter interpres refert εὐμαθῆ ad *auditorem*. manifeſtum eſt conjungi debere cum τὰ ὑπερα, et reddi, non per *docilem* ſicut facit, ſed per *intellectu facilia*. attentio enim ſeu docilitas εὐστοχία et εὐμαθεια unum et idem ſignificant, et exprimuntur ambo per εὐστοχεῖν.

κυδίδης δὲ, μέγαν τε ἑαυτὸν ἐλπίσας ἔσεσθαι, καὶ ἀξιολογώτατον, καὶ μείζω τῶν προγεγενημένων, ἐκεῖνον τὸν πόλεμον· καὶ γὰρ παθήματα ἐν αὐτῷ μεγάλα ξυνέβη γενέσθαι."

Μέγα δὲ τὸ προοίμιον ἀνάλογον τοῖς πράγμασιν, ἢ μικρυνόμενον, ἢ βραχυνόμενον. εὐαφὴς δὲ καὶ εὐάγωγος ἔστω ἡ ἐπὶ τὴν δίηγησιν μετάβασις. ἅπαν γὰρ ἀπεχνῶς τὸ λοιπὸν σῶμα τῆς ἱστορίας, διήγησις μακρά ἐστιν· ὥστε ταῖς τῆς διηγήσεως ἀρεταῖς καλλωπισθήσεται, λείως τε καὶ ὁμαλῶς προϊοῦσα, καὶ αὐτὴ ὁμοίως, ὥστε μὴ πρόχειρον, μήτε καινοπρεπὲς φαίνεσθαι. ἔπειτα τὸ σαφὲς ἐπανθείτω τῇ λέξει, ὡς ἔφην, μεμιγμένον καὶ τῇ συμπεριπλοκῇ τῶν πραγμάτων. ἀπόλυτα γὰρ καὶ ἀπέλεγκτα πάντα ποιήσει, καὶ τὸ πρᾶγμα ἐξεργασάμενος, ἐπάξει τὸ δεύτερον ἐχόμενον αὐτοῦ, καὶ ἀλύσεως τρόπῳ συμπεπλεγμένον, ὡς μὴ διακεχωρῆσθαι, μηδὲ διλήσεις πολλὰς εἶναι, ἀλλήλαις παρακειμένας· ἀλλ' ἀεὶ τὸ πρᾶγμα τῷ δευτέρῳ, μὴ γειτνιᾶν μόνον, ἀλλὰ καὶ κοινωνεῖν, καὶ ἀναπεφάνθαι κατὰ τὰ ἄκρα.

Τάχος ὅπου πᾶσι χρήσιμον, μάλιστα εἰ μὴ ἀπορία τῶν λεκτέων εἴη· καὶ τοῦτο πορίζεσθαι χρὴ μὴ τοσοῦτον ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἢ ῥημάτων, ὅσον ἀπὸ τῶν πραγμάτων. λέγω δὲ εἰ πρᾶγμάτοις μὲν τὰ μακρὰ καὶ πλῆθος ἀναγκαῖα, λέξεσι δ' ἰκνουμένως τὰ μεγάλα· μᾶλλον δὲ καὶ παραλειπέον πολλά. οὐδὲ γὰρ ἦν ἑστιᾶν σὺν φίλοις, καὶ πάντα ἢ παρασκευασμένα, διὰ τοῦτο ἐν μέσοις τοῖς πέμμασι, καὶ τοῖς ὀρ-

cydides, autem, *magnum et ipſe futurum ratus et memoria digniſſimum, et majus prioribus, illud bellum; etenim calamitates quoque magnas in illo contigiſſe.*

55. Magnum vero procœmium, pro rerum ipſarum portione productum aut correptum. Concinnus porro et ſequax ſit tranſitus ad narrationem. Nam omne prorſus reliquum corpus hiſtoriæ narratio longa eſt. Itaque virtutibus narrationis ornata ſit, mollique et æquabili veſtigio procedat, et undique ſibi ſimilis ſimiliter, ut neque emineat quidquam, neque recedat. Deinde perſpicuitas effloreſcat in dictione, quæ perficiatur etiam, ut dixi, rerum inter ſe complexu. Neque abſoluta omnia et conſummata faciet, et primo perfecto ſecundum illi cohærens inducet, et catenæ inſtar coagmentatum, ut nuſquam intercidatur, neque multæ ſint narrationes altera alteri adjectæ, ſed ſemper prius poſteriori non vicinum modo ſit, ſed continuum, et extremis *ſuis* permiſtum.

56. Celeritas utilis in omnibus, et maxime ſi non ſit dicendorum penuria: eaque paranda non tantum a nominibus aut verbis, quantum ab ipſis rebus: hoc autem dico, ſi percurras parva et minus neceſſaria, ſatis autem dicas de magnis. Quin multa etiam omittenda. Neque enim ſiquando convivio accipis amicos, paratis omnibus, propterea inter media bellaria, et aviculas, et tot patinas, et apros, et lepo-

νέοις, καὶ λοπάσι τοσαύταις, καὶ συσὶν ἀγρίοις, καὶ λαγωοῖς, καὶ ὑποταγρίοις, καὶ σαπέρδνοις ὀψήσεις, ἔτνος, εἴ τι καὶ κεῖνο προσθύατο· ἀμελήσεις ἢ τ' εὐτελέστερον.

Μάλιστα δὲ σωφρονητέον ἐν ταῖς τῶν ὁρῶν, ἢ τειχῶν, ἢ ποταμῶν ἐρμηνείαις, ὡς μὴ δύναμιν λόγων ἀπειροκάλως παρεπιδείκνυσθαι δοκοίης, καὶ ὃ σαυτῷ δρᾶν, παρεὶς τὴν ἰφυείαν, ἀλλ' ὀλίγον προσαψάμενος, ὃ χρησίμου καὶ σαφοῦς ἕνεκα, μεταβήσῃ, ἀφύκτων τὸν ἐξ ὧν τ' ἐν ᾧ πράγματι, καὶ τ' τοιαύτῃ ἅπαξ λιχνείαν, οἷον ὁρᾷς τι ὁ Ὅμηρος ὡς μεγαλόφρων ποιῇ· καίτοι ποιητὴς ὤν, ἀφεῖται τὸν Τάνταλον, καὶ τ' Ἰξίονα, καὶ Τιτυὸν, καὶ τοὺς ἄλλους. εἰ δὲ Παρθένιος, ἢ Εὐφορίων, ἢ Καλλίμαχος ἔλεγε, πόσοις ἂν οἴει ἔπεσι τὸ ὕδωρ ἄχει πρὸς τὸ χεῖλος ὁ Ταντάλου ἤγαγεν; εἶτα πόσοις ἂν Ἰξίονα ἐκύλισε; μᾶλλον δὲ ὁ Θουκυδίδης αὐτὸς, ὀλίγα τῷ

10 Ομηρ.] tangit hos quidem Homerus l. c. sed quam Sobrie! atqui hæc ipsa tamen notam Aristarchi effugere non potuerunt, qui notha ea pronuntiare ausus est. vid. Schol. *Pindari* ad Ol. 1. Confer Hom. Il. Λ. 575. M. du S.

11 Ταντ. ἰδ.] Tantalus, Phrigiæ rex, Agamemnonis et Menelai avus, cum Deos convivio excepisset, Pelopem filium illis epulandum apposuit, quo sciret utrum essent revera Dei. at illi, horrore percussi, illum in inferos præcipitem dejecerunt. ibi fame sitique laboranti, nec edere nec bibere licet, etsi poma et aquam labiis pene tangat.

Tantalus a labris sitiens fugientia captat
flumina. *Horat.*

ibid. Ἰξίονα.] Ixion centaurorum pater, trusus ad inferos quod junoni vim inferre tentaverit.

res, et ſumina, ſaperdam quoque appones, et fabam, ſi qua etiam parata ſit: verum viliora negliges.

57. Maxime vero ſobrie verſandum eſt in montium, aut mœnium, aut fluminum deſcriptionibus, ne imperite ac perverſe vim dicendi oſtendere videaris, et omiſſa hiſtoria tuum negotium agere: ſed ubi leviter, utilitatis perſpicuitatiſque cauſſa, attigeris, tranſito, viſcumque *veluti* illius rei, illaſque omnes delicias effugito. Quale quiddam ipſe, vides, ut magnanimus Homerus faciat. Quantumvis poëta ſit, tranſcurrit Tantalum, et Ixionem, et Tityum, et reliquos. Si vero Parthenius, aut Euphorion, aut Callimachus dixiſſet, quot, putas, verſibus aquam ad labra uſque Tantali perduxiſſet? deinde quot *aliis* circumegiſſet Ixionem? Potius vero Thucydides ip-

quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumque
quos ſuper atra ſilex jam-jam lapſura, cadentique
imminet aſſimilis.
Virg. l. 6.

ibid. Τιτυον.] hunc mole corporis pluſquam gigantæa, miſit ad orcum Apollo quod Latonam ſtuprare conatus eſſet.
Virg. l. 6.
nec non et Tityon terræ
omniparentis alumnum
cernere erat: per tota novem cui jugera corpus
porrigitur; roſtroque immanis vultur adunco
immortale jecur tundens,
fœcundaque pœnis
viſcera, rimaturque epulis,
habitatque ſub alto
pectore: nec fibris requies
datur ulla renatis.

12. Παρθενιου.] de hoc et ſequente Euphorione *Sueton.* Tib. c. 70. poeta et hiſtoricus. (v. *Voſſ.* 11. 1.) cujus liber περι ερωτικων παθηματων hodieque extat, in quo Euphorionem aliquoties laudat. M. du S.

ibid. Ευφοριων.] Chalcidenſis, de quo Suidas et *Voſſ.* de hiſt. Gr. 1. 16. erat enim et poeta et hiſtoricus. id.

ibid. Καλλιμαχος.] juniorem quemdam Callimachum hunc eſſe credit illuſtr. *Spanheim.* ad Callimach. p. 118. quia alter brevitatis amans. J. F. R.

τοιούτῳ εἶδος τοῦ λόγου χρησάμενος, σκέψαι ὅπως εὐθὺς ἀφίξαι, ἢ μηχάνημα ἐρμηνεύσας, ἢ πολιορκίας χρῆμα δηλώσας, ἀναγκαῖον καὶ χρεῶδες ὄν, ἢ ἔπι πόλεων ἆχθος, ἢ συμφορησίων λιμένα. ὅταν μὲν γὰρ τὸν λοιμὸν διηγῆται, καὶ μακρὸς εἰς δοκῇ, οὐ τὰ σφάγματα ἀπόπεσον· εἰσὶ γὰρ ὅπου τὸ τάχος, καὶ ὡς φεύγοντες ὅμως ὑπολαμβάνει αὐτῶν τὰ γεγενημένα, πολλὰ ὄντα.

Ἢν δέ ποτε καὶ λόγους ἐρῶντά τινα δεήσῃ εἰσάγειν, μάλιστα μὲν ἐοικότα τῷ προσώπῳ, καὶ τῷ σφάσματι, οἰκεῖα λεγέσθω· ἔπειτα, ὡς σαφέστατα καὶ ταῦτα· πλὴν ἐρεῖταί σοι τότε καὶ ῥητορεῦσαι, καὶ ἐπιδεῖξαι τὴν τοῦ λόγου δεινότητα.

Ἔπαινοι μὲν γὰρ ἢ ψόγοι, πάνυ πεφευσμένοι, καὶ διεσκευασμένοι, καὶ ἀσυκοφάντητοι, καὶ μὴ ἐπιδείξεως, καὶ ταχεῖς, καὶ μὴ ἄκαιροι· ἐπεὶ ἔξω τοῦ δικαστηρίου ἐκεῖνοί εἰσι, καὶ τὴν αὐτὴν Θεοπόμπῳ αἰτίαν ἔχεις, φιλαπεχθημόνως κατηγοροῦντι τοῦ πλείστων, καὶ ἀφιτιβλεῖν

C. 58. Horatius Art. Poet. docet ea quæ tibi diſcenda ſunt ſi perſonam proprie loquentem inducere velis:

qui didicit patriæ quid debeat, et quid amicis,
quo ſit amore parens, quo frater amandus et hoſpes,
quod ſit conſcripti, quod judicis officium, quæ partes in bellum miſſi ducis; ille profecto
reddere perſonæ ſcit convenientia cuique.

16 Θεοπομπ.] atqui Theopompum hunc ipſum *Athen.* 111. veritatis amantem ait fuiſſe, ejuſque perveſtigandæ ſtudio magnam pecuniæ vim in-

ſe, parce hac orationis forma uſus, vide, quam celeriter deſiſtat, ubi vel machinationem aliquam declaravit, aut obſidionis formam explicavit, neceſſariam licet et utilem, aut Epipolarum formam, aut Syracuſiorum portum. Cum enim peſtilentiam deſcribit, et longus eſſe videtur, at tu res ipſas cogita. ſic enim celeritatem intelliges, et ut fugientem *velut* tamen facta, multa quidem illa retineant ac reprehendant.

58. Siquando vero etiam verba facientem aliquem inducere oportebit; maxime quidem perſonæ convenientia, et propria negotio dicantur, deinde quam dilucidiſſime hæc quoque. Quin tum etiam permiſſum tibi eſt rhetoricari, et vim dicendi oſtendere.

59. Laudes quidem aut vituperationes, omnino moderatæ, et circumſpectæ, et a calumnia remotæ ſunto, et cum demonſtratione conjunctæ, et celeres *(breves,)* nec intempeſtivæ. Alioquin extra tribunal ſunt, idemque quod Theopompus crimen ſuſtinebis, qui inimicitiarum quodam ſtudio pleroſque accuſet,

ſumpſiſſe. *Μαθητω*, inquit, *παρα Θεοπομπου του χιου ανδρος φιλαληθους μη πολλα χρημασι κωμικωτερου τας των αλλων της ιστοριας εξεπεσειν αιτιας*, "de impenſis Theopompi, inquit, ad hunc locum *Caſaubonus*, non tacet *Dion. Hali.* in Epiſ. ad Pomp. de amore veritatis non deſunt qui obſtrepant. *Athen.* ipſe l. 6. *δυσμισησαν* appellat, parum conſtans ſibi. ſed quia ingenua libertate vitia hominum Theopompus carpſerat, multorum odia veritas illi paraverat. itaque *βασκανιαν* et aliorum virtutibus invidentem multi pronuntiarunt, quos refellit *Dion. Lucia.* &c. hinc Theopompi cum ſcribendi genus nominat *Cicero*, cum de omnibus omnia libere palam dicuntur, ad Att. 11." de Theopompi maledicendi prurigine non Lucianus ſolus, ſed multi conqueſti ſunt viri graviſſimi. Ciceronis judicium audiviſti. lege etiam *Corn. Nep.* in Alcibid. et *Plutar.* M. du S.

ποιουμένῳ τὸ πρᾶγμα, ὡς κατηγορεῖν μᾶλλον ἢ ἱστορεῖν τὰ πεπραγμένα.

Καὶ μὲν καὶ μῦθος εἴ τις παρεμπέσοι, λεκτέος μέν, ἀλλ' μὴ πιστὸς πάντως, ἀλλ' ἐν μέσῳ θετέος τοῖς ὅπως ἂν ἐθέλωσιν, εἰκάσουσι δὲ αὐτῷ. σὺ δ' ἀκίνδυνος, καὶ πρὸς ὀδύνην ὑπερπέτευς.

Τὸ δ' ὅλον, ἐκεῖνό μοι μέμνησο, (πολλάκις δ' αὐτὸ ἐρῶ) ὡς μὴ πρὸς τὸ παρὸν μόνον ὁρῶν γράφε, ὡς ὁ νῦν ἐπαινέσονταί σε, καὶ τιμήσουσιν, ἀλλὰ τῷ σύμπαντος αἰῶνος ἐτοιμασμένος, πρὸς τὰς ἔπειτα μᾶλλον σύγγραφε, καὶ παρ' ἐκείνων ἀπαίτει τὸ μισθὸν τῆς γραφῆς, ὡς λέγῃ καὶ πρὸς σέ, "ἐκεῖνος μέντοι ἐλεύθερος ἀνὴρ ἦν, καὶ παῤῥησίας μεστὸς, οὐδὲν ὑδὲ κολακευτικὸν, ὐδὲ δουλοπρεπές, ἀλλ' ἀλήθεια ὅτι πᾶσι." τοῦτ' εἰ σωφρονοίη τις, ὑπὲρ πάσας τὰς νῦν ἐλπίδας θεῖτο ἂν, οὕτως ὀλιγοχρονίους οὔσας.

Ὁρᾷς τὸν Κνίδιον ἐκεῖνον ἀρχιτέκτονα, οἷον ἐποίησεν; οἰκοδομήσας γὰρ τὸν ὅπι τῇ Φάρῳ πύργον, μέγιστον καὶ κάλλιστον ἔργων ἁπάντων, ὡς πυρσεύοιτο ἀπ' αὐτοῦ τοῖς ναυτιλλομένοις ὅτι πολὺ τῆς θαλάττης, καὶ μὴ καταφέροιντο εἰς τὴν Παραιτονίαν, παλαίλεπτον, ὡς φασιν, οὖσαν, καὶ ἄφυκτον, εἴ τις ἐμπέσοι εἰς τὰ ἕρματα· οἰκοδομήσας οὖν τὸ ἔργον, ἔνδοθεν μὲν τῷ λίθων τὸ αὐτοῦ ὄνομα

in eoque negotio diu moretur, ut accuſet potius, quam quæ facta ſunt enarret.

60. Si etiam fabula ex tranſverſo incidat, dicenda quidem, non tamen omnino aſſeveranda, ſed relinquenda in medio, ut prout quiſque voluerit, de ea exiſtimet: tu vero tutus, ac in neutram partem propenſus.

61. In univerſum autem, illud mihi memento, (ſæpius idem dicam) et non ad præſens modo ſpectans, ſcribito, ut qui nunc ſunt homines te laudent, et in honore habeant, ſed ad omnis ævi memoriam *quaſi* collineans, his potius ſcribe qui poſt erunt, et ab illis ſcriptionis mercedem repoſce, ut de te etiam dicatur, *Ille tamen liber fuit, et dicendi fiducia plenus. Nihil neque adulatorium, neque ſervile, ſed veritas in omnibus.* Hoc, ſi quis ſapiat, ſuper omnes hujus vitæ ſpes, quæ parvi adeo temporis ſunt, poſuerit.

62. Vides ne tu Cnidium illum architectum, quale quid fecerit? Cum enim ædificaſſet illam in Pharo turrim, maximum omnium operum pulcherrimumque, ut inde ſignum igne accenſo tolleretur navigantibus longe in mari, ne in Parætoniam deferrentur, difficillimam, ut aiunt, et unde effugere non poſſet, ſi quis incidiſſet in ſcopuloſa illa loca; Opere igitur exædificato, intus quidem in ipſis ſaxis ſuum nomen

18 ἐπὶ τῇ Φάρῳ πυργον.] de hac turri vidend. Scholium 55 ad *Icaromen.* c. 12. et notam cl. *Humphr. Prideaux* ad l. 1. partis poſterioris hiſtoriæ ſuæ, qua vetus teſtamentum cum novo connectit. M. du S.

21 Παραιτονιαν.] urbs Africæ cui hodie nomen *Alberton.*

ἐπέγραψεν Ἐπιχείσας ἢ πάνυ, καὶ ἐπικαλύψας, ἐπέγραψε τοῦνομα τοῦ τότε βασιλεύοντος, εἰδὼς, ὅπερ καὶ ἐγένετο, πάνυ ὀλίγῳ χρόνῳ συνεκπεσούμενον τῷ χείσματι τὰ γράμματα, ἀφαιρούμενον δὲ, "ΣΩΣΤΡΑΤΟΣ ΔΕΞΙΦΑΝΟΥΣ Κνίδιος, θεοῖς σωτῆρσιν ὑπὲρ τῶν πλωϊζομένων." ὅπως ὑδ' ἐκεῖνος εἰς τὸ τότε χαίρῃ, ὑδὲ τὸ αὐτοῦ βίον τὸν ὀλίγον ἐάσῃ. Ἀλλ' εἰς τὸ νῦν, καὶ τὸ ἀεί, ἄχρις ἂν ἑστήκῃ ὁ πύργος, καὶ μένῃ αὐτοῦ ἡ τέχνη.

Χρὴ τοίνυν καὶ τὸν ἱστορίαν ὅπως γράφεσθαι σὺν τῇ ἀληθείᾳ μᾶλλον πρὸς τὸ μέλλοντος ἐλπίδα, ἢπερ σὺν κολακείᾳ πρὸς τὸ ἡδὺ τοῖς νῦν ἐπαινουμένοις. οὕτός σοι κανὼν καὶ στάθμη ἱστορίας δικαίας. καὶ εἰ μὴ στάθμησονταί τινες αὐτῇ, εὖ ἂν ἔχοι, καὶ εἰς δέον ἡμῖν γέγραπται. εἰ δὲ μὴ, κεκύλισται ὁ λίθος ἐπὶ Κρανείᾳ.

1 Επιχεισας.] unde hæc habuerit Lucianus, incertum. Strabo enim et Plinius factam ei a Rege inscribendi proprii nominis potestatem, disertis verbis testantur; ut notat *Solanus*.

2 βασιλευοντος.] *Philadelphum* innuit, qui bibliothecam Alexandriæ condidit, et Biblia Græce vertenda jussit.

5 Θεοις σωτ.] Ptolemæum et Berenicem intelligunt viri docti bene multi. consule *Sphanh.* 415. eandem inscriptionem habet *Strabo*. l. c. M. du S.

inſcripſit. Inducta vero calce cum texiſſet, *ipſi tectorio* inſcripſit nomen Regis, qui tum erat; qui ſciret, quod etiam contigit, parvo admodum interjecto tempore futurum, ut cum tectorio exciderent literæ, in conſpectum vero prodiret *Soſtratus Dexiphanis Cnidius, Diis ſervatoribus pro his qui fluctu jactantur.* Ita neque ille ad tempus quod tum erat, neque ad ſuam vitam, brevem illam oppido, reſpexit, ſed in hoc quod nunc eſt quodque futurum omni ævo, quod diu turris ſteterit, ipſiuſque manſerit artificium.

63. Oportet igitur hiſtoriam quoque eo modo ſcribi cum veri ſtudio potius ad ſpem futuram, quam cum adulatione, ad ſuavitatem ex præſenti laude capiendam. Illa tibi regula et perpendiculum veræ hiſtoriæ, quo ſi qui dirigi ſe patiantur, bene habuerit, et recte nobis proceſſerit ſcriptio: ſin minus, at dolium volutum eſt in Craneo.

14 κιχυλίσθω ὁ τίθος τὸ Κρανεῖον.] duobus diverſis modis hic locus poteſt intelligi. 1°. *quod potui ſum enixus; pro virili meo ſum functus munere.* 2°. *operam et oleum perdidi.* quorum prior noſtro placuit interpreti, (ut videre eſt per particulam *at* quam addidit in verſione,) ſecundum autem amplector quod magis alludat ad c. 111. ſi quis in poſterum, inquit Lucianus, juxta mea præcepta condat hiſtoriam, ſimilis ſum Corinthiis, qui nihil præter quod eſſet uſui ad muniendam urbem agerent; ſin autem has regulas nihili ducant, fecero ſicut Diogenes qui multum pro nihilo ſudaverit.

LECTORI.

LECTORI.

OMNES fere commentatores conſentire videntur Lucianum, legibus hiſtoriæ in præcedenti libello poſitis, hoc opuſculum ſcripſiſſe ut ſua principia vocaret ad praxim, et formam aliquam operis ipſe proponeret. de qua quidem ſententia, etſi veriſimilitudinem quandam præ ſe ferat, me tamen parumper diſcedere fateor. quænam enim poteſt eſſe convenientia conjunctiove inter res veras, magnas, ad unumquemque ſpectantes, et congeriem fabularum adeo ridicularum ut non inſaniora ſint delirantium ſomnia? quomodo fieri poteſt ut in tali narra-

tione eluceſcant iſtæ virtutes, integritas et equitas animi, quibus fulta ſtat hiſtoriæ dignitas? qui locus iſti rerum civilium cognitioni, συνεσει πολιτικη, qua præcipue præditus eſſe debet hiſtoricus? quod ad dicendi genus attinet, ſi, ut omnibus placet, ad facta conformetur neceſſe ſit, cum ea quæ continet hic libellus tantum diſcrepent a veris, non facile crediderim quemquam hunc legendo magis idoneum fieri poſſe ad res geſtas apte conſcribendas. nihil aliud ſibi propoſuiſſe videtur noſter, cum has contexeret nugas, præter quod animum, ut ipſe ait, a ſeriis avocatum recrearet, iterumque rideret illos rerum mirabilium narratores quibus ſua ſcatuiſſe tempora videntur. ut quidam olim artifex, cui erat in animo Venerem pingere, varias pulchritudines formoſſima-

rum Græciæ puellarum in tabella collegit, ſic Luciano placuit omnes ſui temporis ineptias conglomerare, ut ita dicam, et ita conjungere ut operis ſumma plane ridicula foret. feſtivum nomen *veræ hiſtoriæ* iſti gerrarum acervo impoſuit, in quo tamen, gemma velut, elucet ſuavis Elyſii deſcriptio, Homero Virgilioque digna.

ΑΛΗΘΟΥΣ

ΑΛΗΘΟΥΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

VERÆ HISTORIÆ

LIBER PRIMUS.

ΑΛΗΘΟΥΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

ΩΣΠΕΡ τοῖς ἀθληταῖς, καὶ σοφοῖς τισὶ τῶν σωμάτων ἐπιμέλειαν ἠσκημένοις, οὐ τὴν εὐεξίας μόνον, οὐδὲ τῶν γυμνασίων φροντίδα ἔθεν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐν καιρῷ γινομένης ἀνέσεως, μέρος γοῦν τῆς ἀσκήσεως ὃ μέγιστον αὐτὴν ἐπολαμβάνουσιν· οὕτω δὴ καὶ τοῖς σοφοῖς λόγοις ἐπιτυδευκόσιν ἡγεμὼν προσήκει, μὴ μόνον τὸν ἀσυδαιστέραν ἀνάγνωσιν, ἀνεῖναί τι τῷ σχολάζοντι, καὶ σοφὸς ὁ ἐπιτιθεὶς κέντρον ἀκμαιοτέραν παρασκευάζειν.

Γένοιτο δ' ἂν ἐμμελὴς ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῖς, εἰ τοῖς τοιούτοις τῶν ἀναγνωσμάτων ὁμιλοῖεν, ἃ μὴ μόνον ὅσα τὸ ἀρεῖόν τι καὶ χαρίεντος φιλῶ παρέξει τὴν ψυχαγωγίαν, ἀλλά τινα καὶ θεωρίαν σὺν ἅμα ὑποδείξεται, οἷόν τι καὶ ἐν τῷδε τῷ συγγράμματι φρονήσεως ἐπολαμβάνω. ὁ γὰρ μόνον τὸ ξένον τῆς ὑποθέσεως, ὁδὲ

1 ωσπερ τοις αθληταις] apta ingenioſaque introductio, qua cenſorum reprehenſionibus occurrit et obſtat Lucianus, cum ad animi remiſſionem tantum reſpicere hanc narrationem enunciet. "danda eſt remiſſio animis, inquit Seneca, meliores acrioreſque ſurgent requieti. ut fertilibus agris non eſt imperan-

VERÆ HISTORIÆ

LIBER PRIMUS.

QUEMADMODUM athletis, et his qui circa corporis curam exercentur, non habitus modo boni, neque exercitationum cura eſt, ſed opportunæ etiam remiſſionis, quippe quam partem exercitationis vel maximam arbitrentur: ita etiam his, qui ſtudium in literis poſuerunt, convenire arbitror, ut poſt multam ſeveriorem lectionem remittant cogitationem, et ad futuros labores alacriorem reddant.

2. Conveniens autem illis requies contingat, ſi in iis legendis verſentur, quæ non nudam modo ex urbanitate et venuſtate delectationem præbeant, ſed cognitionem etiam non ineruditam ſuppeditent, quale quid etiam de hiſce libellis ut ſentiant *lectores*, futurum exiſtimo. Neque enim ſola argumenti peregrinitas, neque quod in ipſo conſilio ve-

dum, cito enim exhauriet illos nunquam intermiſſa fœcunditas, ita animorum impetus aſſiduus labor frangit. vires recipient paulum reſoluti et remiſſi. naſcitur ex aſſiduitate laborum, animorum hebetatio quædam et langor.

ε ευ εσ̃ται] Medicis εὐεξία eſt perfecta ſanitas; ſive ut Galenus definit: τὸ ὑγιαινον αὐτου μαλιστα. vid. *Fæſii* Æcon. Hippocr. εὐεξία vero athletica aliquanto plus ſignificat: eſt enim ea quidam exceſſus ſanitatis, id eſt corpus muſculoſum, toroſum, pleniſque exhibens. de athletarum iſto *habitu* ac victu quo illum adquirebant atque conſervabant, vid. *Mercurial.* de Art. Gymnaſt. J. F. R.

τὸ χαλεπὸν τῆς προαιρέσεως ἐπαγωγὸν ἔσαι αὐτοῖς, οὐδ' ὅτι ψεύσματα ποικίλα, πιθανῶς τε καὶ σιαλήθως ἐξενηνόχαμεν, ἀλλ' ὅτι καὶ τῶν ἱστορημένων ἕκαστον οὐκ ἀκριβοῦς τοῖς πᾶσι ἡμῖν τῶν παλαιῶν ποιητῶν τε, καὶ συγγραφέων, καὶ φιλοσόφων, πολλὰ τεράστια καὶ μυθώδη συγγεγραφότας· οὓς καὶ ὀνόμασι ἀνέγραφον, εἰ μὴ καὶ ἀπορ σοι ὀκνῶ τὸ ἀναγράστως φαίνεσθαι ἔμελλε.

Κτησίας ὁ Κτησιόχου, ὁ Κνίδιος, συνέγραψε περὶ τῆς Ἰνδῶν χώρας, ἃ τ' παρ' αὐτοῖς, ἃ μήτε αὐτὸς εἶδε, μήτε ἄλλου ἀκούσαντος ἤκουσεν. ἔγραψε δὲ καὶ Ἰαμβοῦλος περὶ τῶν ἐν τῇ μεγάλῃ θαλάττῃ, πολλὰ παράδοξα· γνώριμον μὲν ἅπασι τὸ ψεῦδος πλασάμενος, οὐκ ἀπερπῆ δ' ὅμως συνθεὶς τὴν ὑπόθεσιν. πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι τὰ αὐτὰ τούτοις προελόμενοι, συνέγραψαν ὡς δή τινας ἑαυτῶν πλάνας τε, καὶ ἀποδημίας, θηρίων τε μεγέθη ἱστορῦντες, καὶ ἀνθρώπων ὠμότητας, καὶ βίων καινότητας. ἀρχηγὸς δ' αὖθις καὶ διδάσκαλος τῆς τοιαύτης βωμολο-

3 ἀλλ' ὅτι καὶ.] desiderantur pleraque opera, immo nomina, illorum ſcriptorum quos irridendos ſibi ſumſit noſter in hoc libello: qui multo ſane jucundior et ſalſior foret ſi quos carpit et innuit non ignoraremus.

8 Κτησίας.] liber iſte Cteſiæ cum ejuſdem reliquis periit. *Photius* tamen ex eo nonnulla excerpſit, ex quibus, ſi ex aliis neſciremus, vanum ac mendacem Cteſiam fuiſſe ſatis demonſtratur, qui fabulas meras pro viſis et auditis tradat. vid. *Plut.* in Artax. M. du S.

10 συνέθ.] ne ſine exemplo, ait Jenſius, videatur narrare quæ nuſquam ſcripta vel picta extent, Cteſiæ et Iambuli exempla commemorat.

ibid. Ἰαμβούλ.] de mirificis

nuſtum eſt, ipſos alliciet, neque quod mendacia varia probabili et veriſimili oratione protulimus, ſed etiam quod eorum, quæ narrantur, unumquodque non ſine comica quadam hilaritate reſpectum occultum habent ad quoſdam veterum poëtarum, et hiſtoricorum et philoſophorum, qui portentoſa multa et fabuloſa conſcripſerunt, quos nominatim ſcripſiſſem, niſi futurum eſſet, ut tibi ipſi inter legendum appareant.

3. Scripſit Cteſias, Cteſiochi F. Cnidius, de Indorum regione, et his quæ ibi ſunt, quæ neque vidit ipſe, neque alio dicente audivit. Scripſit autem Iambulus etiam de magni maris rebus multa admirabilia, manifeſtum quidem omnibus mendacium fingens, non indelectabile tamen componens argumentum. Multi vero alii etiam eodem inſtituto ſcripſere velut ſuos quoſdam errores, et peregrinationes, ubi beſtiarum magnitudines enarrant, et hominum crudelitates, et novas victus rationes. Dux autem illis et magiſter

hominum formis in India quædam tradidiſſe, teſtis et *Tzetzes* Chil. VIII. h. 144. quando ſcripſerit, ignoratur. citatur etiam ab *Harpocratione* in Ἄσσειος. vid. *Voſſ.* l. III. adde his Megaſthenem. *Plut.* 1728. C. M. du S.

14 τὰ αὐτὰ τοῖς] *eadem atque illi*, ſic mox §. 5. τῶν αὐτῶν ἅπερ γραφόντων ἱστορεῖ, et *de Salt.* §. 2. ac ſexenties alibi. *Plutarch.* de virt. mulier. pr. οὐ τὰ αὐτὰ τοῖς Θουκυδίδου γράμμασι ἔγραψε; *Ariſtot.* hiſt. animal. I. pr. τὰ αὐτὰ ἀλλήλοις, *eadem inter ſe*, quem Græciſmum et Latini amant, dicentes, *idem facit ille*, pro *idem quod ille*. Vid. *Cort.* ad Salluſt. Catil. 20. 3. exemplorum ſatis adducentem. non monerem niſi viderem pleroſque hodie ſcribere minus probate, *idem eſt cum illo*. etſi paullo alio ſenſu non barbarum pronuntio: *eadem vobiſcum agam*; nec ſatis credo adfirmanti Cortio, Salluſtium l. c. eumdem Græciſmum adhibuiſſe, cum ſcribit: *ſimul quia vobis, eadem mihi, bona malaque intellexi*; quia dativus *mihi* ſimplicius refertur ad *mala* quam ad *eadem*, ut ſenſus ſit, quæ *mala mihi*, i. e. pro me. J. F. R.

χάτας, ἃ τῷ Ὁμήρῳ Ὀδυσσεὺς, πλᾶς ἐκεῖ τὸν Ἀλκίνοον διηγεῖτο, ἄνεμόν τε δέλεαν, καὶ μονοφθάλμους, καὶ ἀμφάγους, καὶ ἀγελαίους πλὰς ἀνθρώπους· ἔτι δὲ πολυκέφαλα ζῶα, ἃ πλὰς ὑπὸ φαρμάκων τῶν ἑταίρων μεταβολὰς, οἷα πολλὰ ἐκεῖνος τοῖς ἰδιώταις τοῦ Φαίακας ἐτεραπίσαλα.

Τούτοις οὖν ὀντυχὼν ἅπασι, τῷ ψεύσασθαι μὲν οὐ σφόδρα τὸν ἄνδρα ἐμεμψάμην, ὁρῶν ἤδη σεσυνηθες ὂν τοῦτο καὶ τοῖς φιλοσόφοις ὑπεχκεκμηκός. ἐκεῖνο δ' αὐτῷ ἐθαύμασα, εἰ ὁμήρῳ λήσειν ὄν ἀληθῆ συγγράφοντες. διόπερ καὶ αὐτὸς ὑπὸ κενοδοξίας ἀπολιπεῖν τι ἀσυνδάσας τοῖς μεθ' ἡμᾶς, ἵνα μὴ μόνος ἀμοιρος ᾖ τῆς ἐν ᾧ μυθολογεῖν ἐλευθερίας, ἐπεὶ μηδὲν ἀληθὲς ἱστορεῖν ἔχον (οὐδὲν γὰρ ἐπεπόιθειν ἀξιόλογον) ὅτι ὃ ψεῦδος ἐτεραπόμην, πολλῷ τῷ ἄλλων εὐγνωμονέστερον· καὶ ἐι γὰρ δὴ τοῦτο ἀληθεύων λέγω, ὅτι ψεύδομαι, ὅτι δ' ἂν μοι δοκῶ καὶ τῷ τοῖς τῶν ἄλλων κατηγορεῖαν ἀφυγεῖν, αὐτὸς ὁμολε-

1 Ὁμήρῳ Ὀδυσσεύς.] Ulyſſes in patriam rediturus, gravi exorta tempeſtate, primum in Ciconum littus appulſus eſt. atque inde rurſus ſolvens, ſimili tempeſtate ejectus in Aphricam, ad lothophagorum gentem pervenit: inde in Siciliam delatus eſt, ubi Cyclopi oculum eruit præuſto ſtipite. hinc in Æoliam navigans, ab Æolo ventos coactos in utrem obtinuit. poſtea ad Læſtrygonas, tum ad Circen pervenit, poſt hæc in inſulam Syrenum delatus eſt; inde Scyllam tranſiens et Charybdim, in Siciliam pervenit, tandem in Phœacenſium

ejus ſcurrilitatis, Homericus ille Ulyſſes, enarrans Alcinoo, ventorum ſervitia, et cocliten, crudivoroſque, et ſilveſtres quoſdam homines; ad hæc multorum capitum animalia, et verſos *in animalia* medicamentis quibuſdam ſocios, quod genus multa ille ad imperitos Phæaces prodigioſe enarravit.

4. In hos igitur cum incidiſſem omnes, mendaciorum cauſſa non valde reprehendi homines, qui viderem, olim ſolenne hoc eſſe his etiam, qui philoſophiam promitterent: at illud miratus ſum, ſi putarunt fieri poſſe ut lateat ſe non vera ſcripſiſſe. Quare et ego, cum gloriolæ quodam ſtudio impulſus ipſe quoque relinquere aliquid vellem poſteris, ne ſolus expers eſſem illius fingendi libertatis, quando veri nihil narrare poteram, cui nihil dignum dictu uſu venerit, ad mendacium converſus ſum, multo aliorum mendaciis rationabilius: quandoquidem vel unum hoc certe verum dico, me mentiri. Ita autem mihi videor etiam crimen circa reliqua effugere, qui ipſe

portum adnatavit. G. C.

6 ὡς Φαίηξιν.] Alcinoo Corcyræ regi, et ejus populis Phæacibus, Ulyſſes Læſtrygonas, Cyclopes et alia monſtra a ſe conficta narrabat et iis omnia vera eſſe perſuadebat: unde *Juvenal: tam vastæ turbæ ignara Phæacia gentis.* idem.

12 ταῦτα μὲν οὖν.] eadem ratione, præcedenti libello, §. 4. adductum ſe dicit ad leges hiſtoriæ docendas: ὡς μὴ μυθολογεῖν ἐμὲ ἔδει τὰ τοιαῦτα τῶν ποιητῶν. multum apud noſtrum valere videtur exemplum.

14 πεπονθέναι.] et *fuiſſe* et *paſſi* ſimul comprehendit hoc verbum, ut notat Reitzius.

γῶν μηδὲν ἀληθὲς λέγειν. γράφω τοίνυν οὔτε εἶδον οὔτε μαθὼν οὔτε παρ' ἄλλων ἐπυθόμην· ἐν δὲ μηδὲ ὄλως ὄντων, μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἡμέτερα δυναμένων. διὸ δὴ σὺν ὀρθῇ γνώμῃ μηδαμῶς πιστεύσῃς αὐτοῖς.

Ὁρμηθεὶς γάρ ποτε ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν, καὶ ἀφεὶς ἐς τὸν ἑσπέριον Ὠκεανὸν, οὐρίῳ ἀνέμῳ τὸν πλοῦν ἐποιούμην. αἰτία δέ μοι τῆς ἀποδημίας, καὶ ὑποθήκης, ἡ τοῦ Μεγαλονοίας ἐπιθυμία, καὶ πραγμάτων καινῶν ἐπιθυμία· καὶ ὅ βέλεσθαι μαθεῖν ὅ, τι τὸ πέρας ἐστὶ τοῦ Ὠκεανοῦ, καὶ τίνες οἱ πέραν κατοικοῦντες ἄνθρωποι. τότε γέ τοι ἔνεκα, πάμπολλα σιτία ἐναβαλόμην, ἰχθῦσι δὲ καὶ ὕδατι ἐνεδεόμην, πεντήκοντα δὲ τοὺς ἡλικιωτῶν προσεποιησάμην, τὴν αὐτὴν ἐμοὶ γνώμην ἔχοντας· ἐπὶ δὲ καὶ ὅπλων πολύ τι πλῆθος παρεσκευασάμην, καὶ κυβερνήτην τὸν ἄριστον μισθῷ μεγάλῳ πεισας, παρέλαβον, καὶ τὴν ναῦν, (ἅλκιμος δ' ἦν) ὡς πρὸς μέγαν καὶ βίαιον πλοῦν ἐκρατυνάμην.

Ἡμέραι μὲν οὖν καὶ νύκτες οὐρίῳ ἀνέμῳ πλέοντες, ἔτι τῆς γῆς ἐπιφαινομένης, οὐ σφόδρα βιαίως ἀπηλαύνομεν· τῇ ἐπιούσῃ δ' ἅμα ἡλίῳ ἀνιόντι, ὅ, τε ἄνεμος ἐπεδίδου,

3 μηδὲ ὅλως ὄντων.] simile fere quod apud *Plut.* de Homeri cum Hesiodo certamine traditur 276. A.

Μοῦσα μοι ἔνθεν ἐκεῖνα τὰ μὴν' ἐγενοῖτο παρεῖναι,
Μὴν' ἐμὲ μετοπίσθιν.

M. du S.

ibid. τὸν ἀρχὴν.] *ab initio* versum est tam in *Paris.* quam in *Benedict.* recte *Gesnerus, omnino*: ac tam saepe in hac locutione male vertenda olim erratum, ut jure *stupidum interpretum* eam vocet *Hemsterh.* monuere id quoque alii, *Jensius, Elsnerus*

veri nihil me dicere fatear. Scribo igitur, de quibus neque vidi, neque expertus ſum, neque audivi ab aliis; adhæc, quæ neque ſunt, neque fieri omnino poſſunt. Nullo modo igitur fidem adhibere illis par eſt, ſi qui lectores mihi contigerint.

5. Jam ſolvens aliquando de columnis Herculis, et in Occidentalem Oceanum delatus, ſecundo vento navigabam. Cauſſa mihi peregrinationis et inſtitutum, mentis quædam inanis ſedulitas, novarumque rerum cupido, et quod diſcere vellem, quis finis eſſet Oceani, quique in diverſo illius litore habitarent homines. Hujus igitur re cauſſa, magnam vim ciborum, et aquæ quod ſatis eſſet impoſueram. Porro æqualium quinquaginta mihi adjunxeram, qui conſilium idem haberent: ad hæc armorum magnam vim paraveram, gubernatoremque optimum magna mercede inductum adſciveram: ac navim, erat autem acatium, ut ad magnam violentamque navigationem, firmaveram.

6. Igitur diem quidem unum ac noctem ſecundo vento navigantes, adhuc apparente aliquantum tellure, non admodum violenter provecti ſumus. Aſt poſtridie ejus diei, cum ſole oriente, et ventus increſ-

&c. ſed poſterior hoc quoque ſcite addit (*ad Evang. Joan. VIII.* 25.) ab recentioribus viciſſim ſæpe peccari, quaſi ſemper *omnino* ſignificet; cum tamen et interdum ſit vertendum, *a principio*, ut ſuo loco indicabo. J. F. K.

7 *αινας δι μοι.*] inclinaret animus ut arbitrarer hunc locum *Columbo* injeciſſe ardorem novas tentandi vias ad inveſtigationem novi hemiſphærii, niſi pluſquam probabile ſit, eum, obſcuro loco natum, literis Græcis non imbutum fuiſſe.

καὶ ὁ κῦμα ἠυξάνετο, καὶ ζόφος ἐπεγίνετο, καὶ οὐκ ἔτ' οὐδὲ σεῖλαι τ' ὀθόνη δυνατὸν ἦν. ἐπιτρέψαντες οὖν τῷ πνεύματι, καὶ φερόμενοι αὐτοῦ, ἑπτακαίδεκα ἡμέρας ἐνεά, καὶ ἑβδομήκοντα. τῇ ὀγδοηκοστῇ δ', ἄφνω ἀναλάμψαντος ἡλίου, καθορῶμεν ὑπὸ πόρρω νῆσον ὑψηλὴν, καὶ δασεῖαν, ὑπὸ τραχεῖ φερομένην τῷ κύματι· καὶ δὴ ἤδη τὸ πολὺ τῆς ζάλης κατεπαύετο. προσχόντες οὖν, καὶ ἀποβάντες, ὡς ἀπὸ ὀκτὼ μακρᾶς ταλαιπωρείας πολὺν μὲν ὑπὸ τῆς γῆς χρόνον ἐκείμεθα. ἀναστάντες δὲ ὅμως, ἀπεκείναμεν ἡμῖν αὐτῶν τριάκοντα μὲν φύλακας τῶν νεῶν φυλάξειν, εἴκοσι δὲ σὺν ἐμοὶ ἀνελθεῖν ἐπὶ κατασκοπῇ τε καὶ τῇ νήσῳ.

Προελθόντες δὲ ὅσον σταδίους τρεῖς ἀπὸ τῆς θαλάττης διὰ ὕλης, ὁρῶμέν τινα στήλην χαλκῆν πεποιημένην, Ἑλληνικοῖς γράμμασι κατεγεγραμμένην, ἀμυδροῖς δὲ, καὶ ἐκτετριμμένοις, λέγουσι· "Ἀφίκοντο τούτων Ἡρακλῆς καὶ Διόνυσος." ἦν δὲ καὶ ἴχνη δύο πλησίον ὀπὲ πέτρας, ὁ μὲν, πλεθριαῖον, τὸ δ' ἔλαττον. ἐμοὶ δοκεῖν ὁ μὲν, τοῦ Διονύσου τὸ μικρότερον, θάτερον δὲ, Ἡρακλέους. προσκυνήσαντες οὖν, προήειμεν. οὕπω δὲ πολὺ παρήειμεν, καὶ ἐφιστάμενα πόθεν ποτὲ οἶνον ῥέοντι ὁμοιότατον, μάλιστα, οἷος ὁ Χιός ἐστιν. ἄφθονον δὲ ἦν ῥεῦμα, καὶ πολὺ, ὥστε σπάνιν

buit et fluctus auctus eſt, et caligo ingruit, et neque velum jam contrahi potuit. Vento igitur cum conceſſiſſemus, noſque tradidiſſemus, tempeſtate undeoctoginta dies jactati ſumus: octogeſimo vero ſubito cum ſol illuceſceret, videmus non procul inſulam eminentem atque ſilveſtrem, non aſpero fluctu circumſonantem. Etenim major tempeſtatis pars reſederat. Appulſi igitur et egreſſi, ut a longa ærumna, longo quidem tempore humi jacuimus. Sed ſurgentes tamen, delegimus e nobis ipſis triginta, qui cuſtodes navis manerent, viginti autem, qui mecum interiora, ad explorandum inſulæ ſtatum, peterent.

7. Progreſſi vero per ſilvam ſtadia circiter a mari tria, videmus columnam ex ære factam Græcis inſcriptam literis, obſcuris autem et exeſis, in hanc ſententiam: *Huc uſque Hercules et Bacchus pervenere.* Erant autem veſtigia duo prope in petra, alterum jugeri magnitudine, alterum vero minus. Ut mihi videbatur, Bacchi erat minus illud, alterum vero Herculis. Adoratis igitur, *Diis*, progredimur. Nondum autem multum progreſſi eramus, cum adſtamus fluvio, qui ſimillimus omnino eſſet vinum fluenti, maxime quale Chium eſt. Flumen erat copioſum et multum,

21 οινου ρεοντι ομοιοτατω] habent omnes, corrupte, haud dubie, neque enim ad fluvium, ſed ad vinum referri debet. lege itaque aut οινω, quæ ſolita eſt hujus verbi conſtructio, aut ομοιωτατον. at ne tunc quidem ſublata eſt omnis difficultas. mihi ultra quam dixi non liquet. *Cteſiam* autem hic ridet, qui plures ejuſmodi fontes in Indicis, teſte Photio excerptore, memorat. neque ſolus *Cteſias*, cum apud Strabonem Calanus ipſe fontes cum lacte, vino et melle fluxiſſe dicat in Oneſicriti hiſtoria XV. p. m. 489. A. M. du S.

καὶ ναυσίπορον εἶναι δύναται. ἐπεὶ οὖν ἡμῖν πολὺ μᾶλλον πιστεύειν τῷ ὀπὶ τῆς στήλης ἐπιγράμματι, ὁρῶσι τὰ σημεῖα τοῦ Διονύσου ἐπιδημίας. δόξαν δέ μοι καὶ ἄθων ἄρχεται ὁ ποταμὸς καταμανθάνειν, ἀπὸ μὲν τοῦ ῥεύματος καὶ πηγὴν μὲν εὐθυμίαν εὗρον αὐτοῦ, πολλὰς δὲ καὶ μεγάλας ἀμπέλους, πλήρεις βοτρύων. ἀπὸ δὲ τὴν ῥίζαν ἑκάστης ἀνερρὼξ φαγὼν οἴνου μεμυγῶς, ἀφ' ὧν ἐγίνετο ὁ ποταμός. ἦν δὲ καὶ ἰχθῦς οὐ πολλοὺς ἰδεῖν, οἵπερ μάλιστα καὶ τὴν χροιὰν καὶ τὴν γεῦσιν παραπλησίους. ἡμεῖς γοῦν ἀγρεύσαντες αὐτῶν τινὰς, καὶ ἐμφαγόντες, ἐμεθύσθημεν ἀμέλει, καὶ ἀπατήσαντες αὐτούς, εὐείσκομεν πεινῶντας μετ' οὐ. ὕστερον μέντοι ἐπινοήσαντες, τοὺς ἄλλους ἰχθῦς, τοὺς ἀπὸ τοῦ ὕδατος, καταμιγνύντες, ἐκεράσαμεν τὸ σφοδρὸν τῆς οἰνοφαγίας.

Τότε δὲ τὸν ποταμὸν περάσαντες, ἢ ἀμβατὸς ἦν, εὕρομεν ἀμπέλων χρῆμα πρᾶγμα. ὃ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς γῆς, ὁ στέλεχος αὐτὸς εὐμεγὴς καὶ παχύς· τὸ δ' ἄνω, γυναῖκες ἦσαν, ὅσον ἐκ τῆς λαγόνων ἅπαντ' ἔχουσαι τέλεια. τοιαύτην παρ' ἡμῖν τὴν Δάφνην φασὶ τοῦ Ἀπόλλωνος καταλαμβάνοντος, ἀποδενδρωθῆναι. ἀπὸ δὲ τῶν δακτύλων ἄκρων ἐξεφύοντο αὐταῖς αἱ κλάδοι, καὶ μεσαὶ ἦσαν βοτρύων. καὶ μὴν καὶ ταῖς κεφαλαῖς ἐκόμων ἕλιξί τε, καὶ φύλλοις, καὶ βότρυσι. προσελθόντες δὲ ἡμᾶς ἠσπάζοντο καὶ ἐδεξιοῦντο, αἱ μὲν Λύδιαι, αἱ δὲ Ἰνδικαὶ, αἱ πλεῖσαι δὲ

ut quibuſdam locis etiam poſſet navigari. Subiit ergo tanto magis credere inſcriptioni columnæ cum ſigna præſentiæ Bacchi videremus. Cum autem mihi placeret diſcere, unde oriretur fluvius, adverſo itinere juxta profluentem perrexi. Ac fontem quidem illius nullum reperi, ſed multas et magnas vites, uvarum plenas. Ad radicem vero uniuſcujuſque guttatim fluebat vinum liquidum, unde colligebatur fluvius. Erat autem piſces quoque in eo videre multos, vino, quantum ad colorem et guſtum, ſimiles. Nos enim captos eorum aliquot cum devoraſſemus, inebriati ſumus: quin et reſectos invenimus fæce ac vinaceis plenos. Deinde vero illud commenti ſumus, ut aliis de aqua piſcibus admiſtis temperaremus, quod in vinoſo cibo nimium erat.

8. Tum trajecto flumine, ubi vadoſum eſt, prodigioſum vitium genus invenimus. Quod enim terræ continens eſt, truncus ipſe viridis et craſſus: ſuperius autem mulieres erant, ab ilibus inde membra omnia perfecta habentes: talem apud nos Daphnen pingunt, Apolline jam jam comprehendente in arborem mutatam. Summis autem digitis enaſcebantur illis palmites pleni uvarum. Verum capita etiam pro coma claviculas habebant, et folia et uvas. Cæterum accedentes nos ſalutabant et prenſabant, vocem partim Lydiam, partim Indicam, Græcam vero pleraque

3 δεῖσαν δὲ μὴ] loquendi ratio non infrequens pro *cum placuiſſet, cum decretum eſſet*. Sic §. 11. hujus narrationis notante Reitzio.

τ' Ἑλλάδα φωνὴν προϊέμθαι. καὶ ἐφίλει δὲ ἡμᾶς τοῖς ῥόμασιν· ὁ δὲ φιλήθεις, αὐτίκα ἐμέθυε, καὶ πρόφορος ἦν. ἀρέπεται μὲντοι ὐ παρεῖχον ὅ χαρπῷ, ἀλλὰ ἄλσει, καὶ ἐδόων, ἀποπασωμθύν· αἱ δὲ καὶ μίγνυσθ ἡμῖν ἐπεθύμει. καὶ δύο τινὲς τῶν ἑταίρων πλησιάσαντες αὐταῖς, οὐκ ἔτ' ἀπελύοντο, ἀλλ' ἐκ τ αἰδοίων ἐδέδεντο. συνεφύοντο γὰρ, καὶ συνερριζοῦντο· καὶ ἤδη αὐτοῖς κλάδοι ἦσ ⓐ δάκτυλοι, καὶ τ ἔλιξι περιπλεκόμθοι, ὅσον οὐδέπω καὶ αὐτοὶ καρποφορήσειν ἔμελλον.

Καταλιπόντες δ' αὐτὺς, ὅπι ναῦν ἐφεύγομεν, καὶ τοῖς ἀπολειφθεῖσι διηγούμθα ἐλθόντες, τά τε ἄλλα, καὶ τῶν ἑταίρων τὴν συμπλοκὴν, καὶ τ ἀμπελομιξίαν, καὶ λαβόντες ἀμφορέας πιὰς, καὶ ὑδροσαμθοί τε ἅμα, καὶ ἐκ τῦ ποταμῦ οἰνισάμθοι, καὶ αὖθ πλησίον αὐλισάμθοι, ἕωθεν ἀνήχθημεν ὐ σφόδρα βιαίῳ πνεύματι. περὶ μεσημβρίαν δὲ, ὐκ ἔτι τῆς νήσυ φαινομθης, ἄφνω τυφὼν ὑπιγνόμθος, καὶ περιδινήσας τ ναῦν, καὶ μετεωρίσας, οἷον ὅπι ζαλοις τριχλίυς, ὐκ ἔτι κατῆκεν εἰς ὃ πέλαγθ, ἀλλ' ἄνω μετέωρον ἐξηρτημθίην ἄνεμος ἐμπεσὼν τοῖς ἱστίοις, ἔφερε κολπώσας τ ὀθόνη.

8 ωσιν ωδιπω.] ex hoc loco, nonnulliſque aliis, patet ωδιπω, præcedente ωσιν, per *nondum* verti ſemper non debere, cum tali interpretationi ſenſus omnino repugnet, at autem per *mox, jamjam* &c.

emittentes. Sed nos etiam oſculabantur: at is quem oſculo contigiſſent, inebriatus ſtatim incerto veſtigio oberrabat. Vindemiare tamen de fructu ſuo non præbebant, ſed præ dolore exclamabant eo detracto. Quædam etiam miſceri nobis cupiebant: ac duo quidam ſociorum congreſſi illis, diſſolvi non amplius potuere devincti genitalibus. Coaluerunt nempe illis, et ipſis radicibus permiſti ſunt: jamque palmites qui modo digiti fuerant, et claviculis implexi, jamjam fructum et ipſi laturi videbantur.

9. Nos autem relictis illis ad navim fugere, et his qui remanſerant, narrare tum reliqua, tum illam ſociorum complexionem et commiſtionem cum vitibus. Tum ſumtis aliquot amphoris aquati cum eſſemus, vinumque petiiſſemus de fluvio, atque in ipſa illa vicinia pernoctaſſemus, mane vento non nimis vehementi ſolvimus. Circa meridiem, cum jam diſparuiſſet inſula, ſubito ingruens turbo circumactam vertigine navem ad tria millia ſtadiorum ſuſtulit, nec demiſit iterum in mare, ſed ſupra in aëre ſuſpenſam ventus in vela irruens, eaque ſinuans, abſtulit.

14 *ενοινοῦμεθα.*] minus etiam quam in aliis adſequemur in hiſce libris Luciani ſuavitatem: quod mollis et in partes omnes ſequax lingua, liberrimam illi fingendi voces poteſtatem tribuit, quam Romana refugit modeſtia. quis enim ferat nos, ſi hic preſſe ſequuti verba Græca poneremus, *aquati ſimul et ex fluvio vinati?* atqui a *ligno lignari* eſt, quidni *vinari* a *vino?* nempe Graiis præter ingenium etiam dedit ore rotundo muſa loqui: nos muſas colimus ſeveriores. Simili de cauſſa *Hippogypos*, *Hippomyrmeces*, et id genus compoſita, ſemel quidem in parentheſi interpretamur, *equivultures* et *equiformicas:* cæterum ut propriorum formam retineant, et illam peregrinitatis commendationem, Græcis ordinarie utimur J. M. G.

Ἑπτὰ δὲ ἡμέρας, καὶ τὰς ἴσας νύκτας ἀνεχόμενοι, ὀγδόῃ κατορῶμεν γῆν τινα μεγάλην ὑπὸ τῷ ἀέρι, καθάπερ νῆσον λαμπρὰν, καὶ στρογγύλην, καὶ φωτὶ μεγάλῳ κατακαιομένην. προσενεχθέντες δ' αὐτῇ καὶ ὁρμισάμενοι, ἀπέβημεν. ἐπισκοποῦντες δὲ τὴν χώραν, εὑρίσκομεν οἰκουμένην τε, καὶ γεωργουμένην· ἡμέρας μὲν οὖν, οὐδὲν αὐτόθεν κατεωρῶμεν· αὐτὰς δ' ἐπιγενομένας, ἐφαίνοντο ἡμῖν ἄλλαι νῆσοι πλησίον, αἱ μὲν μείζους, αἱ δὲ, μικρότεραι, πυρὶ τὴν χρόαν προσοικιῶσαι· καὶ ἄλλη δέ τις γῆ κάτω, ἐν πόλεις ἐν αὐτῇ, καὶ ποταμοὺς ἔχουσα, καὶ πελάγη, καὶ ὕλας, καὶ ὄρη. ταύτην οὖν τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην εἰκάζομεν.

Δόξαν δὲ ἡμῖν καὶ ἔτι πορρωτέρω προελθεῖν, ξυνελήφθημεν τοῖς Ἱππογύποις παρ' αὐτοῖς κατοικοῦσιν, ἀπαντήσαντες. οἱ δ' Ἱππόγυποι εἰσὶν, οἷον ἄνθρωποι ἐπὶ γυπῶν μεγάλων ὀχούμενοι, ἓξ καθάπερ ἵπποις τοῖς ὑπέροις χρώμενοι· μεγάλοι γὰρ οἱ γῦπες, ἐν ὡς ἐπίπαν περιφανεῖς. μάθοι δ' ἄν τις τὸ μέγεθος αὐτῶν ἐντεῦθεν· νεὼς γὰρ μεγάλης φορτίδος ἰσχύν, ἔνιοι τῶν πτερῶν μακρότερον καὶ παχύτερον φέρουσι. τούτοις δὴ τοῖς Ἱππογύποις προσπεσοῦσα ἐξαπατωμένοις ὑπὸ γῆν, εἴ τις εὐρεθείη ξένος, ἄγειν ὡς τὸν βασιλέα· ἐν δὴ ἐν ἡμᾶς ξυλλαβόντες, ἄγουσιν ὡς αὐτόν· ὁ δὲ θεασάμενος, ἐν ἀπὸ τῆς γελᾶν εἴωθεν, "Ἕλληνες

10. Septem dies et noctes totidem per aëra vecti, octavo terram videmus magnam in aëre, insulæ instar, splendidam, globosam, et multa luce illustratam. Delati ad illam atque appulsi exscendimus, exploratoque regione habitari eam colique invenimus. Ac interdiu quidem nihil inde videmus: superveniente vero nocte, aliæ in conspectum nobis veniunt in propinquo insulæ, majores, minores, colore igneo: alia autem infra terra, et urbes in se fluminaque habens, et maria, et silvas, et montes. Hanc igitur nostram esse conjecimus.

11. Cum vero placuisset nobis ultra progredi, comprehensi sumus ab his, qui Hippogypi *(Equivultures)* apud illos vocantur, in quos incideramus. Sunt autem Hippogypi viri magnis vulturibus vecti, iisque avibus utentes velut equis. Magni enim illi vultures, ut et plurimum tricipites: magnitudinem eorum inde discat aliquis, quod pennam unamquamque onerariæ magnæ navis malo majorem crassioremque habent. His igitur Hippogypis injunctum est, uti circumvolantes terram, si quis peregrinus inveniatur, deducant ad regem. Itaque nos quoque comprehensos ad eum deducunt. Ille vero, conspectis nobis conjectura ex habitu ducta, *Græci*

7 αὐτὴν αὐτοῦ κατόπιν.] ob nimiam solis vicinitatem, cujus fulgida luce oculi præstricti, incerta circumversantium corporum lumina intueri nequeant.

ἄρα, ἔφη, ὑμεῖς, ὦ ξένοι· συμφοιτῶντων δέ, πῶς οὖν ἀφίκεσθε, ἔφη, τοσοῦτον ἀέρα διελθόντες; καὶ ἡμεῖς τὸ πᾶν αὐτῷ διηγούμεθα· καὶ ὃς ἀρξάμενος τὸ καθ' ἑαυτὸν ἡμῖν διεξῄει, ὡς καὶ αὐτὸς ἄνθρωπος ὢν, τοὔνομα Ἐνδυμίων, ἀπὸ τῆς ἠμετέρας γῆς καθεύδων, ἀναρπασθείη ποτὲ, καὶ ἀφικόμενος, βασιλεύοιτο τὴν χώραν. ἐπεὶ δὲ τὰ μὲν ἐμὰ ἐκεῖνα ἔλεγε, τὰ ἡμῖν κάτω φαινόμενα Σελήνην. ἀλλὰ θαρρεῖν τε παρεκελεύετο, καὶ μηδένα κίνδυνον ὑφορᾶσθαι· πάντα γὰρ ἡμῖν παρέσεσθαι ὧν δεόμεθα.

Ἢν δὲ καὶ κατορθώσω, ἔφη, τὸν πόλεμον, ὃν ἐγὼ φέρω πρὸς τοὺς τὸν ἥλιον κατοικοῦντας, ἅπαντων εὐδαιμονέσατα πάντ' ἐμοὶ καταβιώσεσθε. καὶ ἡμεῖς ἠρόμεθα τίνες τε εἶεν οἱ πολέμιοι, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς διαφορᾶς· ὁ δὲ, Φαέθων, φησὶν, ὁ τῷ ἐν τῷ ἡλίῳ κατοικοῦντων βασιλεύς, (οἰκεῖται γὰρ δὴ καὶ ἐκεῖνος ὥσπερ καὶ ἡ Σελήνη) πολλοῦ ἤδη πρὸς ἡμᾶς πολεμεῖ χρόνου. ἤρξατο δὲ ἐξ αἰτίας τοιαύτης· Τῶν ἐν τῇ ἀρχῇ τῇ ἐμῇ ποτε τοὺς ἀπορωτάτους συναγαγὼν, ἐβουλήθην ἀποικίαν ἐς τὸ ἐφεσφόρον στεῖλαι, ὅτι ἔρημον, καὶ ὑπὸ μηδενὸς κατοικούμενον· ὁ τοίνυν Φαέθων φθονήσας, ἐκώλυσε τὴν ἀποικίαν, καὶ μέσον τὸν πόρον ἐπαρυτήσας, ὅπερ τῷ Ἱπποκυρμήκῃ. τότε μὲν οὖν νικηθέντες (ἦ γὰρ ἦμεν ἀντίπαλοι τῇ παρασκευῇ) ἀνεχωρήσαμεν. νῦν δὲ, βούλομαι αὖθις ἐπενεγκεῖν τὸν πόλεμον, καὶ ἀπαγγεῖλαι τῷ ἀποικίαν.

ergo, inquit, *vos estis, hospites?* Fatentibus nobis, *Quomodo igitur*, inquit, *huc venitis tanto superato aëre?* Et nos, quidquid erat, illi narramus. Atque ille exorsus suas nobis res enarrat, *ut ipse quoque, homo qui esset, Endymion nomine, de nostra terra inter ipsum somnum sursum quondam abreptus esset, et huc delatus regioni imperitet. Esse autem terram illam dicebat eam, quæ infra nobis luna videatur. Sed bono nos animo esse jussit, et periculum suspicari nullum: præsto quippe nobis futura, quibus opus esset, omnia.*

12. *Si vero*, inquit, *bellum feliciter confecero, quod jam solis incolis infero, felicissimam apud me vitam vivetis.* Interrogantibus nobis, *quinam hostes essent, et quæ dissidiorum caussa?* ille *Phaëthon*, inquit, *Rex eorum, qui Solem incolunt (habitatur enim ille quoque non minus quam Luna) diu jam bellum adversus nos gerit. Cæpit autem ex caussa tali. Collectis aliquando tenuissimis imperii mei, coloniam mittere in Luciferum statui, desertum, et inhabitatum a nemine. At Phaëton præ invidia prohibuit coloniam, in media se via objiciens nobis in Hippomyrmecibus*, (Equiformicis.) *Igitur tum quidem superati discessimus; neque enim apparatu pares eramus. Jam vero denuo inferre bellum volo, et coloniam deducere.*

4 Ἐνδυμίων.] Pastor fuit admodum formosus, qui cum in Latmo monte obdormivisset, aliquando a Luna deosculatus est, quæ in ejus amorem ita exarserat ut fratri bigas suas agitandas dederit. *Senec.* in Hippolyt.

arsit obscura dea clara
mundi nocte deserta,
nitidosque fratri tradidit
currus alite regendos.

Ovid. Latmius Endymion non est tibi, Luna, pudori, G. C.

ἢν δὲ ἐθέλητε, καταπήσατέ μοι τὸ σόλυ, χῶπας ἢ ὑμῶν ἐγὼ πρέξω τῶ βασιλικῶν ἕνα ἑκάστῳ, καὶ τὴν ἄλλην ὅπλισιν. αὔριον δὲ ποιησόμεθα τὴν ἔξοδον. οὕτως, ἔφη ἐγώ, γενέσθω, ἐπειδή σοι δοκεῖ."

Τότε μὲν οὖν παρ' αὐτῷ ἑστιαθέντες, ἐμείναμεν· ἕωθεν δὲ ἀναστάντες, ἐταυσάμεθα· καὶ γὰρ οἱ σκοποὶ πλησίον ἦσαν τῆς παλαμύδος. τὸ μὲν οὖν πλῆθος τῆς στρατιᾶς δέκα μυριάδες ἐγένοντο, ἄνευ τῶν σκευοφόρων, καὶ τῶν μαγειροποιῶν, καὶ τῶν πεζῶν, καὶ τῶν ξένων συμμάχων. τούτων δὲ ὀκταχισμύριοι μὲν ἦσαν οἱ Ἱππόγυποι, δισμύριοι δὲ, οἱ ἐπὶ τὰ λαγχανοπτέρυγα. ὄρνεον δὲ καὶ τοῦτο ὑπὲρ μέγεθος, ἀντὶ τῶν πτερῶν λαγχάναις πάντη λάσιον· τὰ δ' ἀκύπτερα ἔχει, θειοδαλίνοις φύλλοις μάλιστα παραπλησίοις. ἐπὶ δὲ τούτων, οἱ Κεγχρεβόλοι ἐτάχατο, καὶ οἱ Σκορδομάχοι. ἦλθον δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ἄρκτου σύμμαχοι, τρισμύριοι μὲν Ψυλλοτοξόται, τετρακισμύριοι δὲ ἀνεμοδρόμοι. τούτων δὲ οἱ μὲν Ψυλλοτοξόται, ἐπὶ ψυλλῶν μελάλων ἱππάζονται, ὅθεν καὶ τὴν προσηγορίαν ἔχουσι· μέγεθος τῶν ψυλλῶν, ὅσον δώδεκα ἐλέφαντες. οἱ δ' Ἀνεμοδρόμοι, πεζοὶ μέν εἰσι, φέρονται δ' ὅμως καὶ οὗτοι ἄνευ τῶν πτερῶν. ὁ δὲ τρόπος τῆς φορᾶς τοιόσδε. χιτῶνας ποδήρεις περιζωσάμενοι, κολπώσαντες αὐτοὺς τῷ ἀνέμῳ, καθάπερ ἱστία, φέρονται ὥσπερ τὰ σκάφη. τὰ πολλὰ δ'

Quodſi ergo volueritis, in partem expeditionis meæ venite. Vultures autem vobis ego præbebo de regiis ſingulos, et armaturam reliquam. Cæterum craſtino die egrediemur. Ita ſiat, inquam ego, *quandoquidem tibi ſic videtur.*

13. At tum quidem in convivio ipſius manſimus. Poſtridie ejus diei vero mane ſurgentes, in aciem proceſſimus, cum prope eſſe hoſtem ſignificarent ſpeculatores. Numerus exercitus fuere centum millia, præter calones et machinarios, et pedites, et auxilia peregrina: nempe octuaginta millia Hippogyporum, et viginti millia qui Lachanopteris *(oleripennibus)* vehuntur. Eſt illa avis maxima, pro pennis undique hirſuta oleribus, alas habens lactucæ foliis maxime ſimiles. Juxta hos collocati in acie erant Cenchroboli *(jaculatores milii)* et Scorodomachi *(alliis pugnantes.)* Venerant etiam de ſeptentrione auxiliares, trigeſies mille Pſyllotoxotæ *(puliciſagittarii)* quinquagies mille autem Anemodromi *(venticurſores.)* Horum autem iſti magnis in pulicibus equitant, unde etiam nomen habent: magnitudo *ſingulorum* pulicum, quanta duodecim elephantorum: Anemodromi pedites illi quidem, ſed ſine alis in aëre feruntur. Ratio progreſſionis talis. Togas talares ſubſtringunt, eaſque vento velorum inſtar ſinuendas cum permiſere, navigiorum more feruntur. Plerumque hi in præliis pel-

οἱ τοιῦτοι ἐν ταῖς μάχαις πελταῖαί εἰσιν. ἐλέγοντο δὲ ἐκ τῆς ὑπὲρ τὴν Καππαδοκίαν ἀφέρων ἥξειν, Σπιρθοβάλανοι μὲν ἑπταχισμύριοι, Ἱππογέρανοι δὲ πεντακισχίλιοι. τούτους ἐγὼ οὐκ ἐθαύμασα, ὁ γὰρ ἀφίκοντο. διότερ οὐδὲ γράψαι αὐτῶν τὰς φύσεις ἐτόλμησα· τεράστια γὰρ καὶ ἄπιστα περὶ αὐτῶν ἐλέγετο.

Αὕτη μὲν ἦν Ἐνδυμίωνος ἡ δύναμις. σκιὰν ἢ πάντων ἡ αὐτή· κράτη μὲν ἀπὸ τῶν κυάμων· μεγάλοι γὰρ παρ' αὐτοῖς οἱ κύαμοι καὶ καρπεροί. θώρακες δὲ φολιδωτοὶ πάντεθέρμινοι· τὰ γὰρ λέπη τῶν θέρμων συῤῥάπτουσιν, ποιοῦνται θώρακας. ἄῤῥηκτον δ' ὄντως γίγνεται ὑπὸ θέρμυ τὸ λέπος, ὥσπερ κέρας· ἀσπίδες δὲ καὶ ξίφη, οἷα τὰ Ἑλληνικά.

Ἐπεὶ δὲ χαλεπὸς ἦν, ἐτάξαντο ὧδε· ὁ μὲν δεξιὸν κέρας εἶχον οἱ Ἱππόγυποι, καὶ ὁ βασιλεὺς τοὺς ἀρίστους περὶ αὐτὸν ἔχων· καὶ ἡμεῖς ἐν τούτοις ἦμεν· τὸ δ' εὐώνυμον οἱ Λαγχομύοπτεροι, τὸ μέσον δὲ οἱ σύμμαχοι, ὡς ἔκαστοι. τὸ δὲ πεζὸν ἦσαν μὲν ἀμφὶ τὰς ἑξακισχιλίας

4 διοπερ ουδε γεγραφα.] verisimiliter hic locus est in illos qui posteaquam fabulas ineptas et incredibiles, ut res veras, impudenter narraverunt, ridiculum modestiæ vultum induentes, nonnulla consulto affirmare recusant, scilicet ut major fides scriptis adhibeatur, cum in veritatem peccare adeo se timentes profitentur.

8 απο των κυαμων.] imitatur Homeri *Batrachomyomachiam*, quam conferat cui tantum ab rebus seriis est otii. J. F. R.

17 οι συμμαχοι ως εκαστοι.] Mi-

taſtæ ſunt. Dicebantur vero etiam de ſtellis Cappadociæ imminentibus venturi, Struthobalanorum *(paſſeriglandium)* ſeptuaginta millia, Hippogeranorumque *(equigruum)* millia quinque. Hos ego non vidi, neque enim venerunt. Ideo neque naturas illorum auſus ſum ſcribere, prodigioſa enim et incredibilia de illis dicebantur.

14. Atque hæ Endymionis copiæ. Cæterum arma omnium eadem. Galeæ de fabis: magnæ enim apud illos fabæ ac robuſtæ. Loricæ ſquamatæ omnes de lupinis; lupinorum nempe pelliculis conſutis loricas ſibi faciunt. Impenetrabilis enim ibi naſcitur lupini pellicula, cornu inſtar. Clypei et gladii Græcis ſimiles.

15. Cum vero opportunum jam eſſet, aciem formabant ejuſmodi: Dextrum cornu Hippogypi tenebant, et ipſe Rex qui circa ſe habebat quoſque fortiſſimos; in his nos quoque: ſiniſtrum Lachanopteri: mediam aciem auxiliares, ſuum ſibi agmen quique implentes. Peditum ad ſexagies mille millenos

cyllus apud *Baſilienſes* Latine reddidit: *porro inter utrumque auxilia, ut cuique magis placuit.* non ſecus ac ſi vidiſſet, quod ex Angl. notat *Beurdelotius* ως τυχοντι τρόπῳ, quomodo, ſi legitur in ſcripto libro, id factum crediderim ab homine non aſſequente ſenſum vulgatæ lectionis. *Benedictus* obſcurior *medium auxiliarii utique ſinguli.* quod quid ſibi vult? at Græca vulgata rectiſſima ſunt, notantque propriis cuneis compoſitas ſingulas auxiliorum partes, ut loquitur *Tacitus* IV. annal. 16. non diſperſas et cum aliis permixtas. in *Arriano* alibi id quoque corruptum. J. G.

18 ἑξακισχιλίους.] corruptum eſſe hunc numerum exiſtimo, et fuiſſe tantum aut ἑξ μ. aut ad ſummum ἑξακισμυρίους, ut aliquatenus reſpondeant equitatui pedites. M. du S.

μυριάδας· ἐτάχθησαν δὲ ὅτων. ἀερόχαι παρ' αὐτοῖς πολλοὶ καὶ μεγάλοι γέγονεν, πολὺ τῆ Κυκλάδων νήσου ἕκαστος μείζων. τούτοις προσέταξε δυφῶνι ἡ μονοξυὼ ἡ Σελήνης καὶ ὁ Ἑωσφόρος ἀέρα. ὡς δὲ τάξεσι διεργάσαντο, καὶ πεδίον δ' ἐποίησε, ἐπὶ τούτου παρέταξε ὁ πεζόν. ἦγεῖτο ἢ αὐτῶν Νυκτερίων ὁ Εὐδιάναξ ἐς, τρίτος αὐτός.

Τῶν δὲ πολεμίων ὁ μὲν εὐάνυμον εἶχον οἱ Ἱππομύρμηκες, καὶ οἱ αὐτοῖς ὁ Φαέθων σημεῖα δέ ἐστι μέγιστα, ὑπόπτερα, τοῖς παρ' ἡμῖν μύρμηξι προστοιχόζα, πολὺ τῷ μεγέθους. ὁ γὰρ μέγιστος αὐτῶν καὶ δίπλεθρος ἦν. ἐμάχοντο δὲ, ὁ μὲν ἐπ' αὐτῶν. ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ μάλιστα τοῖς κέρασιν· ἐλέγοντο δὲ ὅτι εἶεν περὶ τὰς πέντε μυριάδας. ἐπὶ δὲ τῷ δεξιῷ αὐτῶν ἐτάχθησαν οἱ Ἀεροκώνωπες, ὄντες καὶ οὗτοι ἀμφὶ τὰς πέντε μυριάδας, πέντε τοξόται, κάπαλοι μεγάλοις ἐποχούμενοι. μετὰ δὲ τούτους, οἱ Ἀεροχόρυκες, ψιλοί τε ὄντες καὶ πεζοὶ, πολὺ μάχιμοί γε καὶ οὗτοι· πρόρριζοι γὰρ ἐσφενδόνων ῥαφανίδας ὑπερμεγέθεις· καὶ ὃ βληθεὶς οὐδ' ἐπ' ὀλίγον ἀντέχειν ἐδύνατο· ἀπέθνησκε δὲ, δυσοσμίας τινὸς αὐτίκα τῷ τραύματι ἐπιγιγνομένης· ἐλέγοντο δὲ χεῖρας τὰ βέλη μαλάχης ἰῶ. ἐχόμενοι δ' αὐτῶν ἐτάχθησαν οἱ Καυλομύκητες, ἁπλῖται ὄντες, καὶ ἀγχέμαχοι, τὸ πλῆθος μύριοι· ὡπλίσθησαν δὲ Καυλομύκητες, ὅπλα ἀσπίδα μὲν μανιτίνους

ita collocati. Araneæ apud eos multæ magnæque naſcuntur, Cycladum inſularum ſingulis ſingulæ multo majores. His obtexere imperavit interjectum Lunam inter et Phoſphorum æra. Hoc celeriter perfecto, paratoque ſic campo, in eo inſtruxit pedeſtrem aciem, quam ducebat Nycterion Eudianactis (*Nocturnus Sereni regis*) filius, cum tertio collega.

16. At hoſtium ſiniſtrum cornu tenebant Hippomyrmeces, atque in illis Phaëthon. Animalia autem ſunt maxima, volucria, formicis noſtris ſimilia a magnitudine ſi diſceſſeris: maximum enim illorum vel duorum jugerum erat. Pugnabant autem non ſeſſores modo, ſed et ipſa maxime, cornibus: dicebanturque eſſe quinquaginta circiter millia. In dextro cornu collocati erant Aëroconopes, quinquies mille circiter et ipſi, ſagittarii omnes magnis culicibus inequitantes. Poſt hos vero Aërocoraces, levis armaturæ pedites, ſed pugnaces ipſi quoque: E longinquo enim fundis jaculabantur raphanos ſupra modum magnos, quibus percuſſus ne paullum quidem durare poterat, moriebaturque fœdo ſtatim odore ſuperveniente vulneri: ducebantur autem ungere tela veneno malvæ. Continuo poſt illos ſtare juſſi Caulomycetes (*Caulifungi*) gravis armaturæ milites cominus pugnantes, decies mille, appellationem inde nacti, quod ſcutis quidem e fungis, haſtis

ἐχρῶντο, Μόεσοι δὲ καυλίνοις, τοῖς ἀπὸ τῆ καταράξεως· πλησίον δὲ αὐτῶν, οἱ Κωνοβάλαροι ἔσης, ὃς ἐπεμψαν αὐτῷ ⓐ τὸ Σείριον κατοικοῦντες, πενταχιλίλιοι, ἢ ὅτοι ἄνδρες κωνοπρόσωποι, ἐπὶ βαλάνων πέρωτῶν μαχόμενοι. ἐλέγοντο δὲ καὶ κείνων ὑπερέχειν τῆ συμμάχων, ὃς τι ἀπὸ τῦ Γαλαξίου μετεπέμποντο σφενδονήτας, καὶ ⓑ Νεφελοκένταυροι. Ἀλλ' ὀκεῖνοι μὲ, τῆς μάχης ἤδη κεκριμένης, ἀφίκοντο, ὡς μή ποτε ὄφελον. οἱ σφενδονῆται δὲ, ὑφ' ὅλως πεφεύγοντο. διόπερ φασὶν αὐτοῖς ὕστερον ὀργισθέντα τὸν Φαέθοντα, πυρπολῆσαι τὴν χώραν. τοιαύτη μὲ καὶ Φαέθων ἐπήγετο παρασκευή.

Συμμίξαντες δὲ, ἐπειδὴ τὰ σημεῖα ἤρθη, ἢ ἐκπέσαντο ἑκατέρων οἱ ὄνοι, (τούτοις γὰρ ἀντὶ σαλπίγγων χρῶνται) ἐμάχοντο· καὶ τὸ μὲ εὐώνυμοι τῆ Ἡλιωτῶν αὐτίκα ἔφυγεν, ὑφ' ἑς χεῖρας δεξάμενοι τὸν Ἱππογύπην, καὶ ἡμᾶς εἰπόμενα κλείοντες· ὃ δεξιὸν δ' αὐτῶν ἐκράτει τῆ ἐπὶ ᾧ ἡμετέρῳ εὐωνύμῳ· καὶ ἐπεξῆλθον οἱ Ἀεροκόωπες διώκοντες, ἄχρι τῶν τειχῶν. ὀπταῦθα δὲ καὶ εἶναι ὑποβοηθούντων, ἔφυγον ἐπικλίναντες, καὶ μάλιστα ἐπεὶ ἤθοντο τὺς ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ σφῶν νενικημένους. τῆς δὲ τροπῆς λαμπρᾶς ἡμερώσης, πολλοὶ μὲ ζῶντες ἁλίσκοντο, πολλοὶ δὲ καὶ ἀνῃροῦντο, καὶ ὃ αἷμα ἐῤῥεῖ πολὺ μὲ ἐπὶ τῆ νεφῶν, ὥστε αὐτὰ βάπτεσθαι, καὶ ἐρυθρὰ φαί-

autem uterentur e caulibus aſparagorum. Prope hos collocati Cynobalani *(Caniglandarii)* quos ſubmiſerant, qui habitant Sirium, quinquies mille. Hi caninis capitibus viri, in alatis glandibus pugnantes. Dicebantur autem de illorum quoque auxiliis quidam abeſſe, tum quos de Lactea via arceſſiverat funditores, tum Nephelocentauri *(Nubicentauri.)* Verum illi acie jam inclinata venerunt, et utinam nunquam veniſſent! funditores autem plane non venerunt, propterea aiunt iratum deinde illis Phaëthontem, regionem illorum igni vaſtaſſe. Hoc quidem apparatu Phaëthon inibat prælium.

17. Cum vero commiſſa eſſet pugna, ſublatis ſignis, rudituque ab aſinis utrinque edito, his enim utuntur loco tubicinum, certabant. Ac ſiniſtrum Heliotarum cornu ſtatim fugere, cum nec ad manus admiſiſſet Hippogypos, et nos inſequi cædibus: dextrum vero illorum cornu ſiniſtram noſtram aciem ſuperavit, impetuque facto perſecuti Aëroconopes ad pedites uſque pervenerunt. Hic vero et illis ſubſidio venientibus, inclinata acie fugerunt, et maxime cum ſentirent, ſuos in ſiniſtro cornu victos. Cum effuſe jam fugerent, multi quidem vivi capti ſunt, multi vero etiam interfecti, copioſuſque tum per nubes ſanguis fluxit, ut tinctæ illo, rubicundæ viderentur, quales apud nos occidente ſole apparent; tum ſtil-

4 *κυνοπρωνῆσι*] Cteſiæ *κυνοκεφάλους* hic tangit; de quibus ille multa blateravit. vid. *Photii* excerpta. M. du S.

νεσθαι, οἷα παρ' ἡμῖν δυομθύσ τῦ ἡλίυ φαίνονται· πολὺ γὰ μᾶλλον εἰς τὴν γῆν κατέσαζεν, ὅσῳ με εἰκάζειν, μὴ ἄρα τοιύτυ τινὸς ἡμῶν πάλαι ἄνω δυομθύσ, Ὅμηρος ὑπέλαβεν αἵματι ῦσαι τὸν Δία ἐπὶ τῷ τῦ Σαρπηδόνος θανάτῳ.

Ἀναστρέφομεν δὲ ἀπὸ τῆς δύξεως, δύο πρόπαια ἑστήσαμεν, ὃ μὲν ἐπὶ τῦ ἀερόχειων τῆς πεζομαχίας· τὸ δὲ τῆς ἀερομαχίας, ἐπὶ τῶν νεφῶν. ἄρτι δὲ τούτων γινομθύων, ἠγγέλλοντο ὑπὸ τῶν σκοπῶν οἱ Νεφελοκένταυροι πεποτελαύνοντες, ὡς ἐοικὸς μετὰ τῆς μάχης ἐλθεῖν τῷ Φαέθοντι. καὶ δὴ ἐφαίνοντο πετόμενοι, θέαμα παραδοξόταθον, ἐξ ἵππων πτερωτῶν καὶ ἀνθρώπων συγκείμενοι. μέγεθος δὲ, τῦ μὲν ἀνθρώπων, ὅσον τῦ Ῥοδίυ κολοσσὸ ἐξ ἡμισείας ἐς τὸ ἄνω, τῦ δ' ἵππων, ὅσον νεὼς μεγάλης φορτίδος. ὃ μθύτοι πλῆθος αὐτῶν οὐκ ἀνέγραψα, μὴ τὸ καὶ ἄπιστον δόξῃ, τοσῦτον ἦν. ἡγεῖτο δὲ αὐτῶν ὁ ἐκ τῦ Ζωδιακῦ τοξότης. ἐπεὶ δὲ ἤσθοντο οἱ φίλοι νενικημένους, ἐπὶ μὲν τὸν Φαέθοντα ἔπεμπον ἀγγελίαν, αὖθις ἐπιόντας· αὐτοὶ δὲ ἀναζαξάμθυοι, πεφραγμθύοις ἐμπίπλυσι τοῖς Σεληνίταις, ἀτάκτοις περὶ τὴν δίωξιν, καὶ τὰ λάφυρα διεσκεδασμένοις, καὶ πάνυ μὲν πρέπυσιν, αὐτὸν δὲ τὸν βασιλέα καταδιώκυσι πρὸς τὴν πόλιν, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ὀρνέων αὐτῷ κτείνυσιν· ἀνέσπασε δὲ καὶ τὰ τρόπαια, καὶ κατέδραμον ἅπαν τὸ ὑπὸ τῶ

lavit in terram, adeo quidem ut conjicerem ego, numquid forte tale quid olim apud ſuperos factum, cum eſſet, Homerus putaverit, ſanguine pluiſſe Jovem ob mortem Sarpedonis.

18. A perſequendis hoſtibus reverſi tropæa duo ſtatuimus, alterum de pedeſtri prælio, in aranearum tela; alterum vero pugnæ in aëre commiſſæ, in nubibus. Commodum iſta gerebantur, cum nuntiantur a ſpeculatoribus adventare Nephelocentauri, quos ante pugnam venire Phaëthonti oportebat. Et ſane apparebat cum accederent admirabile in primis ſpectaculum, ex alatis equis et hominibus compoſiti: hominum magnitudo, quanta eſt qua ſuperiorem partem dimidiam Coloſſi Rhodiorum; equorum, quanta magnæ navis onerariæ. Numerum eorum non adſcripſi, ne cui incredibilis videretur, adeo ingens erat. Dux illorum ille de Zodiaco Sagittarius. Cum vero victos amicos ſuos eſſe ſenſiſſent, Phaëthontem miſſo nuncio in prælium revocarunt: ipſi vero inſtructa acie in Selenitas irruunt perturbatos, palantes, et in perſequendis hoſtibus prædaque legenda diſperſos. In fugam vertunt omnes, ipſumque regem ad urbem uſque perſequuntur, pleriſque volucrium ipſius inferfectis: tropæa revellunt, totumque campum ab araneis tex-

10 Ῥοδίων κολοσσῶν.] vid. ſupra *de conſcr. hiſt.* notam ad c. 23.

ἀεραχιῶν πεδίον ὑφασμένον· ἐμὲ ἦ, ἡ δύο παῖς ἔ ἑταίρων, ἐζώγρησε. ἤδη δὲ παρῆν καὶ ὁ Φαέθων, καὶ αὖθις ἄλλα τρόπαια ὑπ' ἐκείνων ἵσαμεν. ἡμεῖς μὲ οὖν ἀπηγόμεθα ἐς ⟨Ν⟩ ἥλιον αὐθημερόν, τῷ χεῖρε ὀπίσω δεδεντες ἀεραχιῶν ἀποκόμματι.

Οἱ ἦ πολιορκεῖν μὲ δὴ ἔγνως τ' πόλιν· ἀναστρέψαντες δὲ, τὸ μεταξὺ τῦ ἀέρ⟨ος⟩ ἀπετείχιζον, ὥστε μηκέτι τὰς αὐγὰς ἀπὸ ἧ ἡλίυ θεὸς τὴν σελήνην δύπειν. ὃ δὲ τεῖχ⟨ος⟩ ἦν διπλῦν, νεφελωτόν· ὥστε σαφὴς ἔκλειψις τῆς Σελήνης ἐγεγόνη· καὶ νυκτὶ διεκεῖ πᾶσα κατετείχε. πιεζόμενος δὲ τύτοις ὁ Ἐνδυμίων, πέμψας ἱκέτευε χαρίσασθαι τὸ αἰχρόδημμα. καὶ μὴ σφᾶς ἐξιορᾶν ἐν σκότῳ βιοτεύοντας· ὑπισχνεῖτο δὲ καὶ φόρους τελέσειν, καὶ σύμμαχος ἕσεσθαι, ἡ μηκέτι πολεμήσειν ἡ ἁμήρους ὑπὲρ τύτοις δῦναι ἤθελεν. ⟨Ο⟩ Ν δὲ τ Φαέθοντα, ἀχθομένης δὶς ἐκκλησίας, τῇ φρονιμίᾳ μὲ ὀδὲν παρέλυσαι τ ὀργῆς, τῇ ὑβρεϊσία ἦ, μετέγνως, ἡ ἐγένετο ἡ εἰρήνη ὑπὲ τύτοις.

